

Paradisum, ac Infernum adesse credentes, ad illos animam nihil magis advertunt, quam qui magis honeste fidei nostrae veritatibus imbuti non fuerit. *Joly 2. Tomo Propositionum suarum.*

Nonne verum est, futurum ut si nullus in natura Deus esset, virtutibus omnibus indiceretur? sceleribus omnibus venia permitteretur, dummodo delitesceret; inhoneste qualibet actione tamquam non male haberentur, si possent humanae justitiae poenas effugere? Profecto quodcumque scelus, licet gravissimum nisi prohibeatur, & nisi suprema potentia illud Deus est; nullus profecto Dominus est, qui contra scelera leges irrogaverit, & qui debitas illis poenas infligere valeat. Sequitur ergo necessaria illatione; scelera quaecumque licere, si Deus non est: si divinitas somnium est, nullus est legislator supremus, nulla sunt leges: si leges nulla; nulla iam inobedientia, nulla rebellio. *Liber qui inscribitur, Divinitas contra Atheos propagata per Abillon.*

Ex voluptatis abyssi in Atheismi abyssum fit lapsus: Sanctissima fidei mysteria in jocum traduntur; ubicumque impietatis dogmata effunduntur, & postquam abierunt in visis peccatorum sedent in cathedra pestilentia, ubi sermonibus aequae, ac exemplis vitium palam docetur. Si impij certi essent, nullam hominis partem post mortem superesse, non injuria fortasse voluptatibus sese manciparent, cum nihil melius, quod sperarent, haberent: at saltem illis dubitandi locus est, atque infamia est omni vitia indignissima, incertae dubitationi tanti momenti negotium committere. Malunt nequissimi Atheorum, qui in singula secula prodire, ineptis, quam Prophetarum oraculis credere; malunt sequi corrupti cordis errores, quam lumen rectae rationis. *Auctor Anonymus.*

Rarum est, peccatorem, cui propositum est nihil sibi metuendum, fidelem adhuc veritatibus Religionis principia audere scire, ut infirma ratio sua triumphet, atque tenui suo lumine sese supra Sanctissimas leges, ac sacratissima Christianae Religionis Mysteria constituant. Nihil magis superbum inveniri, vel fingi potest, quam in Spiritus fortes, qui audaces oculos non venentur in eas veritates coniecit, quas Apostoli quoque se intelligere minime posse confessi sunt, & in quibus humiliter oculos suos inclinaverunt; hi nomine tenus Christiani, terrerim infidelitate revocant jururandum, quod in Baptismo protulerunt, ac Apostatae sunt. Attamen quid in terris vulgaris est, quam haec licentia, quam sibi arrogat in dubium accendendi Religionem Christianam, quia cum affectibus suis consentire non potest, praesertim vero quid hoc utitatis apud eos qui inter divitiarum affluentiam, & omnia vitia commoda versantur? nihil enim in hac Religionem invenitur, quo ignarum, ac mole hoc vivendi genus non damnetur! *Sermo manuscriptus.*

Mecum, queso, animadvertite quomodo sit horum audacissimorum, rebelliumque hominum, qui nostram Religionem audent oppugnare, character, & quodnam tempus arripant, ut de miraculis, ac doctrina ejusdem disceptent. Hi per se flagitiosi homines sunt, qui tristis mortis recordationem evitari, animas immortales esse non credunt, qui ne voluptatibus, quarum illecebra gaudet, moras neant, suam in hoc mundo felicitatem constituent, atque affectibus suis, quorum quodam sapore illecti capiuntur, blandituri neque Paradisum, neque Infernum, neque Coelum, neque Aeternitatem credunt rati omnia cum morte esse interitura. Non hic morabor, ut vobis ostendam iniquitatem eorum argumentorum, quae in factu Religionis ab impijs hujusmodi afferuntur; ex quo enim hujusmodi sensus alunt, satis intelligitis omnia ipsorum argumenta rejicienda esse. Hi libidinosi homines sunt, qui JESU CHRISTI disciplinam rejiciunt ac tantum de causa, quia ipsorum impudicitiae, atque libidini adversatur, & qui sancta Religionis dogmata idcirco impugnant, quod illa observare detrectant. Hi denique sunt Christiani obdurati, atque impenitentes, qui nolunt credere, CHRISTUM JESUM passum, ac mortuum pro impijs fuisse, sciunt enim se damnatum iri, eo quod cruciatus illius in fabulam traxerunt. Hoc illud est, quod flagitiosos hos homines in temerariis visionibus suis debet confundere; sed quod illos ma-

Irreligiosus feram probitatem interci non patitur.

Dei cognitio animabus nostris impressa est.

nima fuerit. Lamen hoc omni tempore effudit non solum ob doctorem, verum etiam ob oculos imperitorum, ac rudium. Homines negantes Divinitatem, monstra sunt, raro occurrentia, vel potius proprie loquendo nulli sunt Athei; cum qui se Atheos esse praeserunt in speciem tantummodo sint, ut aliquo pretextu se sibi licere putent flagitia, quae Dei fide prohibentur. Illi ipsi appetitissimi Divinitatis hostes inviti sepius, ac ne cogitantes quidem illam fatentur, ubi eos aliqua premit egestas, & malum aliquod accidit, ubi facere nequeunt quominus illius opem implorent, quem se nequaquam cognoscere profiterentur. *Idem.*

Vae Mortalium mentibus sua malitia occaecatis! Vae cordibus insipientium tenebris peccatorum obfritis! O Domine! Coelum, & terram imple, & tamen a pluribus non agnosceris: omnibus intime praesens ades, & ignoraris. Omnia cres, formas, nutris, perficis, sustentas, gubernas; & te horum omnium fontem, & auctorem negant. Omnibus das esse, & te esse non credunt. Infinitis modis tuam potentiam, sapientiam, bonitatem, misericordiam, & justitiam prodis, omniumque oculis ingeris, & tamquam caeci non percipiunt. Omnis se natura rerum praedicat, & ad praedicationem illustrem obfuscat. *Caeli enarrant gloriam Dei & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* *Psal. 18.* Omnia clamant, ipse fecit nos, & non spino: *Psal. 99.* Ipse, non fortuitus atomorum concursus; Ipse sua potentia nos ex nihilo in hanc lucem eduxit, ipse sua sapientia formavit, & hanc praediciem, & pulchritudinem impressit; ipse sua bonitate conservat, sua providentia gubernat, & in suum finem dirigit singula. Gloriam ipse totius creaturae toto orbe personat, ut neminem lateat, nisi qui Deomone surdo obestis tenetur, *Legimus ad finem libri de immortalitate animarum.*

Nihil iniquius, nihil nequius est ea libertate, quam audacissimi quidam sibi vendicant, qui Religionis principia audent scire, ut infirma ratio sua triumphet, atque tenui suo lumine sese supra Sanctissimas leges, ac sacratissima Christianae Religionis Mysteria constituant. Nihil magis superbum inveniri, vel fingi potest, quam in Spiritus fortes, qui audaces oculos non venentur in eas veritates coniecit, quas Apostoli quoque se intelligere minime posse confessi sunt, & in quibus humiliter oculos suos inclinaverunt; hi nomine tenus Christiani, terrerim infidelitate revocant jururandum, quod in Baptismo protulerunt, ac Apostatae sunt. Attamen quid in terris vulgaris est, quam haec licentia, quam sibi arrogat in dubium accendendi Religionem Christianam, quia cum affectibus suis consentire non potest, praesertim vero quid hoc utitatis apud eos qui inter divitiarum affluentiam, & omnia vitia commoda versantur? nihil enim in hac Religionem invenitur, quo ignarum, ac mole hoc vivendi genus non damnetur! *Sermo manuscriptus.*

Mecum, queso, animadvertite quomodo sit horum audacissimorum, rebelliumque hominum, qui nostram Religionem audent oppugnare, character, & quodnam tempus arripant, ut de miraculis, ac doctrina ejusdem disceptent. Hi per se flagitiosi homines sunt, qui tristis mortis recordationem evitari, animas immortales esse non credunt, qui ne voluptatibus, quarum illecebra gaudet, moras neant, suam in hoc mundo felicitatem constituent, atque affectibus suis, quorum quodam sapore illecti capiuntur, blandituri neque Paradisum, neque Infernum, neque Coelum, neque Aeternitatem credunt rati omnia cum morte esse interitura. Non hic morabor, ut vobis ostendam iniquitatem eorum argumentorum, quae in factu Religionis ab impijs hujusmodi afferuntur; ex quo enim hujusmodi sensus alunt, satis intelligitis omnia ipsorum argumenta rejicienda esse. Hi libidinosi homines sunt, qui JESU CHRISTI disciplinam rejiciunt ac tantum de causa, quia ipsorum impudicitiae, atque libidini adversatur, & qui sancta Religionis dogmata idcirco impugnant, quod illa observare detrectant. Hi denique sunt Christiani obdurati, atque impenitentes, qui nolunt credere, CHRISTUM JESUM passum, ac mortuum pro impijs fuisse, sciunt enim se damnatum iri, eo quod cruciatus illius in fabulam traxerunt. Hoc illud est, quod flagitiosos hos homines in temerariis visionibus suis debet confundere; sed quod illos ma-

Impiorum character.

gis adhuc efficere debet contemptibiles, tempus est, quod ad hujusmodi veritates impugnandas arripunt. Quando enim de mysteriis nostris verba facere gestint? Nempe in sceleratorum hominum curia, cum libido ferveret, cum inter scyphos & pocula terribis intemperantiae vaporibus inebriati sunt; aut voracibus impudicitiae flammis succensis, tunc tenebrosas rationes suas Christianae Religionis veritatibus gaudere obijcere; & cum maxime affectum calor extitit, tunc vel contra eos audent disceptare, cum quibus humiliter verari deberent, & versarentur, nisi horum intuitus sceleribus suis graves essent, atque molesti, vel nisi ridiculam spirituum fortium auram tueri gauderent. *Idem.*

Nihil vulgatius est, quam Christianos intueri fidem suam impugnant; sed audeo dicere nihil fortasse rarius esse, quam invenire, qui illam penitus in corde suo extingunt. Difficile est patiri, aperteque omnia Religionis nostrae mysteria videre; sed longe difficilius tegere falsitatem inanium argumentationum, quae adhibentur ad illius memoriam, & cogitationem penitus abolendam; ita ut possimus quidem propter temeritatem, corruptionem, audaciam, iniquitatem omnes Fidei articulos in dubium vocare, nequeamus tamen eam nobis pacem, & tranquillitatem conciliare quae conscientiam nostram tutam efficiat. Non, dicit per Isaiam c. 48. Dominus, non est pax impijs. Possunt quidem omnes Religionis amovere sensus, ut citra conscientiae stimulos corruptionem, ac impietatem animo foveant; Deus illos semper excitat. Nequequam conatur vim Evangelicarum veritatum suffocare; Dominus enim efficit, ut omne illarum pondus maxime sentiant; & si in eorum suspensum non statim illis ostendit, ipsos falli, ostendit saltem, ipsos falli posse. Ut conscientiae suae tranquillitati constet, aditantur illi quidem ex turbata mente trifides mortis, judicii, severitatis Dei ultoris, aeternique exitii, quae omnia terrore peccatoribus intentata sunt, ideis abolere, ebrietas haec, qua soporem conscientiae stimulis conatur immittere, non diu viget: non desunt adhuc intervalla quaedam rationis, quibus permittit Deus ut terribiles has secum reputent veritates, ut in hac quoque vita poenas laent suae rebelliois, & impietatis. *Idem.*

Potens dextera, quae vastos Coelorum orbis extendit, quae tam affabilem molem hanc elaboravit, atque motus omnes scite, atque constanter adeo instituit, ut post sex annorum nulla, nihil adhuc immutatum sit! Brachium omnipotens, quod gravem hanc molem pendulam in aere sustinet, quod illi aberrantem saecunditatem tribus adeo justa, ac necessaria temporum vicissitudine! Magis admirabilis structura tot actionibus, motibusque variis apta invenitur: qui illi animam inspirasti facultatis praeditam, ad sexcenta officia apte dispositis, quorum singula perspicacissimas mentes confundere possunt: serine potest, ut reperitur, qui quaeat adhuc, utrum sis? Te in minutissimis hosticulis invenio, in abjectissimis insectis, & ut verbo me expediam, in minimis quibuscumque rebus, & adhuc homines adsum, qui existentiae tuae quaerant argumenta, neque credant a te universa haec gubernari? Nonne fidei consonum est, hujusmodi homines caecos esse, atque temeritatem suam ipsis communis sensus usum ademisse, & majestatem tuam, quam propius adspicere voluerant, gloriae tuae pondere illos oppressisse? *P. de la Colombe, in Christianis considerationibus.*

Quid frustra teritis tempus, o Praecones Evangelici? Nequequam argumenta argumentis, ac demonstrationibus demonstrationibus agglomeratis, Deum esse probaturi; quem enim tot laborum fructum percipitis? Scio equidem, quid impij dicant. Se enim nequaquam credere dicunt, neque vobis rem esse cum passis, infirmisque spiritibus, qui facile impingant in retia, ac mancipia sunt fidei aequae incommode, atque chymicae; se vero jampidem excussisse jugum, ac se sine ulla cura, ac metu vitam beatam traducere. Hoc dicunt quidem, sed frustra nobis id persuadere conantur. Si minime crederent, & fides incunctissimas voluptatibus suis jugiter amarum aliquid non inaspergeret, si omnes religionis sensus penitus extinxissent; ne illi quidem toties non audirentur in questionem accerere existentiam Dei, & anima-

rum immortalitatem; suas dubitationes proponere, quae totius soluta fuerunt, ad mortis cogitationem infundere; ac ubi soli sunt, in phrenesim incidere. Omnia illis de divinitate loquuntur; & si aures minime praebent tot vocibus indefinis; & si aures incudem tundentibus; nequiquam speratis illos rationibus vestris expugnatum iri. Illis persuadendum est, ut tandem e victorum suorum caeno emergant, in quo donec volutabuntur, satis quidem laminae habebunt, ut damnationem suam mereantur, at nunquam satis, ut suas dissipant dubitationes. *Idem P. de la Colombe.*

Praeclara adeo praecipuarum Mundi partium dispositio, ratio, ac mutua inter easdem dependentia, infinita particularium entium varietas, quorum singula suum usum obtinent, atque officium, mirabilis viventium corporum structura, specierum eorumdem differentia, proprietatum, effectuumque suorum diversitas, jugis generationum successio, quae Mundi iacturas reparat, efficit, ut semper in eodem statu subsistat, illud identidem per intervalla restaurans; haec omnia liquido ostendunt Mundi regimen fortis effectum non esse; sed infinite sapientem, ac potentem providentiam, ideoque Dei existentiam demonstrant. Tandem enim ullumne viguit unquam sine Rege imperium, ullane sine Magistratu Respublica, ulla sine capite familia? Quinam ergo Mundus ex partibus adeo diversis compositus, inter quas magis admirabilis, magisque constantis ordo refuset, quam in qualibet societate, nullum Regem habeat, nullum Consilium, cuius imperio regatur? Quinam fieri possent, ut omnia fortuito coningerent, & fors ea praestaret omnia, quae non nisi mens infinite sapiens posset efficere? At quid his incredulos perdat, satis intelligo; libidinosi, ac libere vitae voluptas, imperium librorum lectura, & perditissimorum hominum consuetudine suffulsa eos in hanc impulit mentem, & illud experti sunt, quod Propheta inquit: *Dixit insipiens in corde suo: non est Deus, & statim, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* *P. Mauduit, Oratoris Praebyter.*

Nobis hoc in loco res non est cum impijs origine, ac professione, nullibi enim terrarum inveniantur; namque omnes homines ab teneris usque unguiculis in aliqua Religione alti, ac eruditi sunt; sed de lapsis Christianis loquor, de secretis Apostatis, qui olim Christianis veritatibus imbuti in impietatem proerunt, quemadmodum vulgo accidit vel propter licentiam amorem, vel propter sociorum nequissimorum scandalum, vel propter impiorum librorum lectionem. Non desunt hominibus hujusmodi lumina; facile reminisci eorum possunt, quae olim didicere, & hodie quoque id credere, quod semper usque ad corruptionis suae tempus crediderunt: illis excandant tantummodo fax est fidei, quam extinxerunt, ac repetenda veteres Religionis ideae, quas deleverunt. *Idem.*

Irrisio cautio parum tuta est, ut flagitiosum hominem a Dei justitia, atque ultione incolumen praestet; ridet, ac illudens ait, Deus fortasse adeo severus non est. In altera lance statuo Nationum omnium, quae supremum hoc Ens agnoscut, consensum, admirabilem partium Mundi hujus ordinem, ordinatum Coelorum motum, organorum in animantibus oeconomiam, sexcentaque alia statuo, de quibus inutile est verba facere, ipsa enim satis per se loquuntur: *Caeli enarrant gloriam Dei:* in altera vero impijs irridens haec tantum collocaat verba: *Hec fortasse vera non sunt.* Nos quoque illi reddimus: *Hec fortasse sunt vera.* Quam terribile est hoc fortasse! & quot quantisque rationibus innititur! Ille ut antea quadam subannatione responderet; ac vox per jocum prolata omnem hanc illi parit severitatem. *Desumptum ex Tractatu de humanis respectibus P. Angli.*

Ut Religionis nostrae veritas deprehendatur, satis est oculos aperire, & animum advertere ad ea, quae statim omnium hominum ratione potentium animos perstringunt. Quae maestas, quinam fulgor in Mysteriis! qui nexus totius doctrinae! quae eminet ratio! qui candor! quae morum innocentia! quae vis invicta testimoniorum, quae trium scolorum spatio perhibita fuerit a multiplici fidelium myriade, qui tunc sapientia, ac modestia praeter ceteris in mundo florabant, & quos ejusdem unius veritatis sententia in exilio, atque in vinculis contra mortis, extremique supplicii terrorem

Ratio desumpta ex ordine, quem in mundo ad miratur.

Quid cogitandum de impiorum iniquitatibus.

BIBLIOTHECA CENTRALIS U.A.N.L.

fustinuit Historiam ad, lege, ipsam usque mundi originem alius repetere; aliquidne similit tot feculorum spatio reperies? Quo eundem est, quid consulendum, ut non dicam aliquid hoc melius, & ne quod ad ipsum vel eminus accesserit, inveniat? Poterat Deus mihi melius imponere, si me in errorem inducere voluisset? De la Bruyere in Caractere Spirituum Fortium.

Periculum Atheorum, si nostra Religio vera est, uti certissime est.

Religio aut vera est, aut falsa. Si inane commentum est, jam homo ille frugi ac pius, Religiosus ille, vel solitarius, sexaginta, si lubet, annos perdidit, non aliud illi imminet periculum: verum enim vero si non aberrat a veritate, hac tunc impio qua hic sibi constat, imago, mentem mihi perturbat; cogitatio nimis infirma est, quam ut illa intelligere valeat, ac verba nimis exilia sunt, ut eadem significant. Licet etiam in terris minor adest certitudo, quam re ipsa adit, circa Religionis veritatem: nullum tamen, nulliusque homini consilium capiendum est, nisi virtus.

Nescio utrum illi, qui negare audent Deum esse, mereantur, ut hunc illos probare aditatur: ignorantia, quae eorum character est, illos efficit principis maxime periculosus, ac argumentationibus melius institutis percipiendis ineptos. Eorum vero, qui hac in re neutram partem sequuntur, stupiditas eo usque procedit, ut illos frigidus, atque indifferenter efficit in precipuis etiam articulis fidei, nempe circa animae suae naturam, & ea, quae veram Religionem consequuntur. Hac neque negant, neque admittunt; ad illa ne cogitant quidem ea mentis stupiditate, quae vix credi possit, nisi quotidie oculis nostris accideret.

Athei quibus rationibus laqueatur.

Rationes nostrae ex iis omnibus desumuntur, quae ipsi comprehendimus, rationes vero Atheorum ex iis, quae ipsi non intelligunt. Totidem habemus argumenta sententiae nostrae veritatem probantia, quot ea sunt, quae nobis aliquem sapientiae characterem ostentant: Athei contra nullas rationes habent, quae ad hanc praecipua capita non redigantur: Deum non video, illum non comprehendo; perinde ac necessarium illud discrimen, atque intervallum, quod inter eorum mentem, ac supremum Ens intercedit, legitimum efficere possit pro illis praedictum, vel quasi hic non esset character maxime essentialis divinitatis eius, quae toto caelo supra creata omnia se attollit. Desumptum ex Tractatu quodam de Religionis veritate.

Veritati magis huius principii, primum videlicet Ens esse, certe gloriosum est, pusillos tantum spiritus corruptos vanitate imitandi eos, qui magis enituntur, ac ostentandi eam vim, quam non habent, vel homines impudicissimos abditos, ac turpia affectuum suorum mancia, profiteri, se de hac re semper ambigere. Inde enim patet sub affectuum regno, ubi passim errores, ac illusiones existunt, non autem sub sanctae, rectaeque rationis imperio monstrum hoc oriri, consuevisse.

Si cui de hac veritate, Deum videlicet esse, omnino persuasum non sit, ille nunquam virtutes exercere videbitur, desideria temperantia regens, suos affectus cohibens, ut sese pietatis operibus abdat, praesens quidem suis officiis rite obsequens impendens, atque bono praesentis temporis usu futuro prospiciens, Deo pravas cupiditates suas sacrificans, seipsum abnegans propter amorem illius, a quo omnia recepit, sese supra tempus, ac mundum attollens motu sublimi spei in solidiora tendentis objecta, quam tempus ipsum, ac mundum; & hac omnia referens ad Deum tantquam suam cogitationum, atque actionum finem nobilissimum.

Cur impij Deum negent existantiam.

Si ex me quaritis essentialem rationem, propter quam impij tot luminibus oculis claudunt, statim reddam, hos homines, cum minime possint hanc vivendi licentiam, quae fruuntur cum Dei fide conciliari, male huius negare existentiam, quam Numen admittit, cui tantum sit sapientia, ut sua valeat peccata cognoscere, atque iustitia tantum, ut eorumdem velit debitas poenas reponere. Hoc Salomon ipse fecit, qui omnia notat idolis pellicum suarum thus adolens, Dei sui cognitionem amisit. Non abiit lapidea, aenea, quae adorare idola, eo quod carnea primum adfaverat, ac praesantissimas, purissimasque cogi-

tiones, quas divinitus acceperat, amisit, eo quod se creaturarum mancipium, atque idololatram praebuerat. P. Bourdaloue Sermone de Impudicitia.

Quarens S. Augustinus quantum in re potissimum Ethnicorum cecitas erga idola sua consistere, tandem in eo positam ait, quod cum ipsi Deos suos sibi effinxissent, eos tales sibi somniant, quales maxime optabant, ea in re flagitia, affectusque suos consulentes. Etenim ne Dei illum nimium verecundiae, ut modestae ab ipsis exigent, ne confuses essent nimium incommodi, nimiumque severi iudices scelerum suorum, hoc inierunt consilium, ut sibi Deos corruptos, ac vitii diffuentes constituerent, ut scelera patrantes se Deos suos colere eisdem imitantes abiterentur, & ipsa etiam peccata secundum S. Cyprianum diuina peccatis herent religiosi: *stabant miseris religiose delicta*. Athei, ac impij Deum crederent, si illum sibi aptare, ac vitiatorum suorum patronum efficere possent; ac eum pati nequeunt, qui flagitiorum suorum sit iudex, & censor.

Quoniam non deserunt impij, qui Deum esse negarunt, licet Dei cognitio prima fit deo anima rationalis, juxta Tertulliani verba, Deus in illis hanc cognitionem constituit non lumine naturali, sed utiliosis lux exercitacione. Te miserum, Deus inquit in imo Abei huius corde: Coelum, ac terra tibi existentiam meam non probant; ac efficaciam, ut sentias, quis ego sim; nisi Deus tuus, ut benefaciam tibi, saltem iudex tuus, ut te puniam. Mea potentia, sapientia, misericordia non satis me tibi viventi proderunt, sed praestabo, ut in aeternum me ex mea iustitia cognoscas: *Et scietis, quia ego Dominus*. Isaia 49. Judicia, ac ultiones quas in omnem aeternitatem exercebo in te, efficient, ut damno tuo intelligas quoniam sim.

Tertullianus in Apologetico ait, Dei proprium esse, & magis, & minus, quam entia omnia cognosci, & addit: *haec est summa delicti, nolle agnoscere eum, quem non possunt ignorare*. Cecitas hac est commune Atheorum, impiorumque peccatum, quibus cum ea suppetant lumina, quae satis sufficient, & ut ita dicam infinita sunt, quorum adminiculo cognoscant Deum, volant nihilominus de industria sese excecant, ne illum cognoscant. Ita quoque Haereticis inde mala quoque tempore egerunt, non desunt enim, qui, quidquid accidat, sese nunquam dedere decreverunt, quod Sanctus Augustinus Manichaeis exprobrabat. Idem Sermone de Caeitate.

Quidquid conentur Athei, ut credant, nullum esse Deum, rationalem animam immortalem esse, ideoque nequaquam expectandam esse alteram vitam; mens tamen cor mendaciter relargitur: videtur ea, quae dicunt, ex votis suis proficisci, se velle quidem, ac optare, ut ita se habeant res, sed re ipsa ea omnia esse incertissima. Hinc licet aliter sentire videantur, mortem metuantur &c. Idem Sermone de Morte.

Nihil est impij metuendum magis, quam quod illis post mortem eveniet, & si quae cura in terris eos torquere debet, hoc protecto est, quod cum hic iis omnibus gavisi fuerint voluptatibus, quas cupere poterant, vident nihil latum, fastidiumque se a Deo opperiri posse, neque ullam sibi adesse certitudinem illius nihili, in quod post mortem se revertere arbitrantur. Omnis quippe ipsorum certitudo in levi, ac labanti mentis suae opinione consistit; vehementibus dubitationibus in utramque partem agitantur, atque hinc inde haerent incerti, quod in causa est, ut periculum subeuntes in terribilem terrerantur calamitatum aeternitatem nunt, & id mentes, quod credere nolant pra reliquis mortalibus vitam miseriam ducant. Idem.

Certo scis, uti ais, post vitam hanc, alteram non adesse; credis nullum esse Deum vel bonorum operum remuneratorem, vel ultorem malorum: at cumque rei haec tua inniditur certitudo? Nempe impeditur opinio tua, ac infanz temeritatu tua, quam sapientes omnes, qui in terris extiterunt unquam, improbant, ac resellunt. Si ergo in iis, quae te scire proferis, tu falleris, si mors ad infelicissimum exitum te adducit, & qualem mereris, si quidquid sapientissimas quisque, etiam ex Ethnicis, de iis, quae ad alteram vitam pertinent, crediderit, verum est, quod fiet

Atheorum peccata ex cogitatione Dei, quae in hac vita cognoscere debentur.

Athei, imolique semper incerti sunt de iis, quae de aliena vita opinantur.

Martyrum, primorumque fidei. Iam testimonium contra Atheos, & impios.

de te? Si praesentes te occaecant affectus, qui tunc erit cogitationum tuarum tumultus, quae perturbatio? Idem P. Bourdaloue.

Impii sensus in morte cognoscuntur aliter adesse vitam.

Si post vitam hanc status est felicitatis aeternae, quo impij animata aeternum est ad judicandam, quis concipere poterit infelicis huius animae sensum, quae de corporis carcere egressa incipit videre, omnes argumentationes suas inanes fuisse illusiones, quae praeter expectationem novum nanciscitur mundum, & licet invidiam rursus immortalem vitam vivere instituit, quam, quidquid conabitur eidem mortem allatura, nunquam extinguere poterit? Quis affequi mente potest erroris, in quem illa incidit, magnitudinem, illud amplexa consilium, ubi periculum adeo patebat? Quae infanzia tantum provocare discerim, ubi de rebus omnibus, deque ipsa aeternitate ageretur? Idque ut levem hanc voluptatem caperet suis in Religionis negotio ideis adherendi, quin ullam sequeretur, nisi propriae rationis, auctoritatem! Quid! inanissimum hanc oblectationem, aliaque vitae huius solatia beatitudinis aeternitatis pretio redemisse? semet pro adeo fragili, fluxaque re vendidisse, ac secum Deum ipsum, omnesque divitias Dei, quae in infelicissima hac permutatione involuta fuerunt! se aeternis interii suppliciis addictam, isdem perlocuturam adeo brevem fluxuram desiderium perfruitionem, ac tandem in malorum omnium barathrum iri projectum, eo quod pertinaci obstinatione nihil voluerit credere, nisi quod poterit intelligere! Quae rabies, quae desperation illius erit tot undique malis inopinatum ingruentibus obrute! Nullus color, nulla dicendi vis par esse potest dolori, quo illa conficienda erit, exprimens. Desumptum ex Tractatu de Religione contra Atheos, & Deistas P. Manduit Presbyteri Oratorii.

Omnes humanae prudentiae vix mirum in modum sunt in impietatis commercio subversa: utilitas infans parva, & exilis est, non enim lucris nisi praesentis huiusce vitae bona, quae simul ac acquiruntur, intereunt, & evanescent. Huius tantum vitae bona lucraris; nulla tibi futurorum spes est, & omnis utilitas, quae ex praesenti percipitur, fixa est, si hauritur traditur. Id autem dicendum nequaquam est de eo, quod vobis, periculo; gravius, ac terribilius esse non potest; atheorum viam sequens periculum adit, ut coelestem gloriam amittas, atque in inextinguibilis flammis proiciaris. Ita omnia periclitaris, & nihil speras; aeternam, infinitamque beatitudinem deseris, ac non aliam mercedem speras, quam nihilum, cum illa, quam in vitae huius deliciis percipisti, jam abierit, neque sit unquam reditura. Idem.

Tot invidi veritatis Religionis nostrae argumenta, praesertim vero tot mortalium testimonium, qui ob eam tuendam sanguinem suum effuderunt, nullum Atheis, atque Deistis timorem incutiunt? nihil habent, quod illos excutere valeat? At iure insipientium, fatuorumque exemplis non excutuntur. Quid enim? Omnes illi quorum sapientia, ac modestia ubique nitent, repentine in solo Religionis negotio insipientes, furentesque evadent, praesertim vero in iis, quae aeternam felicitatem ab eadem promissam respiciunt: insipientes inquam, ut commentitiae felicitatis spe sibi alludi paterentur; furentes inquam, ut huic chymerae quidquid in terris pretiosissimum habebant, sacrificarent? Athei, ac Deisti integrum fortasse unicuique relinquunt credere quidquid libuerit, hoc tamen non dicunt; nunquid enim hoc integrum esse, ipsi persuasum est, quantumvis sint impietatis suffragatores? nonne ut hanc testium turbam, qua omnibus faeculis, omnibusque in terris damnantur, confitent, haec una ratio esse potest, si dementiae omne humanum genus redarguant, ac seipsos tanquam solos huius orbis sapientes producant? Idem.

Nullus unquam extitit populus, qui Numen aliquod non veneraret, & aliquid iustitiae genus pro bonis, ac malis post hanc vitam futuram non crederet. Nonne liquido patet, hunc generalem populorum omnium consensum in aliquo Divinitatis, fide, & aliquibus rationibus, quibus ejusdem felicitatis fieri possint partiones, eandem semper obtinere vim, ut utrumque contra impios pro certo constituatur, quantumvis aliis in rebus dissenferint? ... Nequaquam dicerent Athei, omnes

Houdry Bibl. Tom. I.

hos populos sibi invicem oppositos esse circa suae Religionis obiectum, ac rationes eas, quibus ad propositam sibi felicitatem perveniant: nequaquam asserent, hos quidem unum dumtaxat Deum, alios plures esse Deos opinari: haec enim his est inter ipsos disceptanda, neque impij tantillum faveat; quilibet societas veram sequi Religionem contendit, licet una tantum possit inveniri. Athei, atque impij nihil ex his sententias quod sibi faveat, possunt elicere: omnes enim populi in ea re consentiunt, in qua nobis Athei opponuntur. Idem.

Jure Athei obicitur, quod ne unus quidem esset populus, civitas, oppidum, immo ne una quidem fortasse domus integra, quae illorum adhaerent sententiae; quod satis ostendit in eorum festa tot esse absurda, ut nunquam in communem hominum sensum potuerit obrepere. Illis exprobratur, quod eminus; ac per intervalla tantummodo in mundo videntur, & nunquam simul conlocati incedunt, tamquam bruta ex diversis speciebus simul mixta, quae sese nequeunt multiplicare. Hic extensionis defectus validissimum contra ipsos est praedictum. Licet enim si Religiones aliae a Christiana diversae conferantur simul, ex eorum extensione absolute iudicium ferri non possit de earumdem veritate; certissima veritas nota est, nullam penitus extensionem habere. Idem P. Manduit.

Deismus, atque Atheismus, non sunt eorum Religio, qui patiuntur, qui victimas furibis sibi querant, vel qui nulla in terris voluptate fruuntur. Has impietates amplectuntur juvenes locupletiores, felices, robustae valetudinis, & quibus vitae huius commoda suppetunt affluentur. Quavis alia conditio nihilum valet; immo haec quoque semper florescat oportet; si enim forte perturbato rei familiaris statu in egestatem ceciderint, si gravi morbo confecti laboraverint, si ad senium pervenerint; sententia illa, quae pridem ipsis aequissima videbatur, repente insipiens, insanaque fiet; quod illis erat verum in adolescentia, in calamitatibus, vel in proveciori aetate falsum videbitur. Idem.

Quin loquamur de Beatitudinis aeternae iactura, cui Athei sese obicitur terra huius voluptates aqua, qui praesentem, inde eorum maxime redarguitur imprudentiam quod non solum inestimabili iactura se obicitur, sed periculum subeunt in malorum omnium gravissimum sine ulla reditus spe decidendi. Minimus vero timoris gradus, quide tan- to hoc exitio, post obitum, cuiuslibet cordato viro satis esse deberet, ut cum horrore eam, quam amplexatus fuisset, sententiam abiceret, licet aliquo ipsi gratissima accidisset, nulla enim terrena suavitatis tanta est, ut minimum terribilis adeo mali periculum valeat exiguare. Idem.

Humani cordis natura solummodo cognoscenda est, ut iudicium ferri possit de iis, quae ab impijs, qui bona fide aduri sunt, fieri debeant, ne imprudenter quid ab ipsis agatur, cum etiam omnino ipsis de impietatis dogmatibus persuasum fuisset. Fatentur illi, Christianam Religionem praeter ceteris praestare, si vera sit, quod satis est, ut toto studiorum suorum pondere in eam pertrahantur. Quid enim in huiusmodi re minus facere possunt, quam serio omnia illius argumenta cognoscere, ac omnes mentis suae praecipuationes exuere, ut aequum iudicium valeant instituire? Nonne omnes cordis sui secretas avertiones debent abicere, ut melius dignoscere valeant, quamquam illi in opinionibus suis partem obtineant; saepe enim putamus a mente quaedam probari, quae cordis persuasionem creduntur? Perpendere igitur diligentissime debent, utrum persuasio spiritus veritatem sequentis, an cordis licentiam amantis corruptio in hanc mentem illos perduxerit; & utrum salutas, an potius disciplinae severitas illos a Christiana Religione deterreat. Idem.

Omnis natura clamat, Deum esse, caelos, terrasque opus eius esse, neque populum adeo barbarum inveniri, ut inquit Regius propheta, apud quem haec vox non intonerit. Ubi rationis usum attigimus, Ecclesia nos docuit, naturam nostram peccato fuisse corruptam, nobisque opus esse medico, qui medeatur, ac nos cum Deo reconciliet, atque extra Ecclesiam nullam salutem esse sperandam. Athei, ac Deisti, qui in Ecclesiae huius ingressi sunt, vocem hanc audire, & his ab infantia praecipis fuerunt imbuti, non secus ac

Briguis Atheorum auctoris seae eorumdem vanitatem ostendit.

Istam Atheorum imprudentiam.

Quibus gradibus homines nequam in impietatem labantur.

BIBLIOTHECA DEPTIOMI U.S.N.L.

reliqui omnes Christiani, Quomodo vero eam non servarunt? quomodo secuti sunt opinionem illi oppositam, quam in scholis dicerant, & exemplis omnibus publicis, ac domesticis, quae oculis accidebant, damnata? Difficile non est divinare flagitia, ac nequiter vivendi licentia illos eo perduxit; adolescentem ipsum crimina tot tanquam gradus fere, per quos in immum usque hujus barathri descendendum, malorum hominum consuetudo, & cordis sui corruptio eos primum in libidinem inclinavit, habitus vero adeo convaluit, ut in naturam alteram sese converterit. Idem P. Mauduit.

Numquid flagitiosissimum vivendi genus, quod sequuntur Athei, & qui licentiam agendi, credendique affectant, ratio esse potest contra Deum, ac Religionem? Numquid ideo minus vera historia est Evangelium, eo quod sese tanquam mancipia dederunt affectibus, quos illud jubet coercere? Quidquid Atheorum, Deistarum, Pyrronicorum invenitur ita sese voluptatibus mancipare possunt, ut brutis similes fiant, qui ideo tamen veritas minimam immutetur. Antequam sese flagitiis abdidissent, & cum adhuc honestam, christianoque viro dignam vitam ducebant, Deus adest Caeli, terraque Creator, & JESUS CHRISTUS animarum nostrarum Redemptor; Anima erat immortalis, & si illis in laudabilibus captis perferere placuisset, haec tutissima via erat, ut Fides, ac Religio in eorum mente, & corde perfringeretur. Ipsi vero nequam facti sunt, ac omnia pro illis faciem mutarunt. Nullus amplius Deus est, non JESUS CHRISTUS, non Angeli, non Dæmones, non Anima; nullus sperandus Paradisus est, nec infernus metuendus. Hæc omnia repente evanuerunt, vel adeo obscurata sunt, ut nihil ex illis superstit; & quod magis adhuc mirum est, perspicue tunc solum hæc intueri incaperunt, cum res creatas deperire inchoarunt. Quomodo nam harum omnium cogitationum absurditatem non sentiant? Idem.

Quomodo nam Atheus, vel Deista, cui dubitandi causa est, utrum omnipotentem Deum violaverit, & Creatori suo gravissimam contumeliam attulerit, minas illius in locum traducens, leges infringens, ac illum tanquam inane phantasma, quod in levis tantummodo imaginationibus hominum vigeat, existimans, atque eo invito quodcumque jugum detrectans: quomodo inquam tantum mali accidere posse, cogitare valet, quin gravissimo timore corripitur, & in re dubia tanti momenti lucem aliquam querat? Sin autem in hac ipsa tantum exiti dubitatione tranquilla pace fruatur, nullane unquam similis insania huic inventa fuisset? alienæ illi afferendæ rationes essent, ut probaretur, sententiam, quæ adeo temerariam illi mentem iniecerat, mendacissimam esse æque ac insanissimam? Hæc agendi ratio nonne suam secum fert damnationem? Idem.

At enim flagitiosus aliquis inquiet, neque immortalitatem eligo, neque nihilum, neque Christianum esse volo, neque impium, sed neutrum inter utrumque consistere. Hoc fieri nullo modo potest, illi respondebo, ex oppositis sententiis altera omnino eligenda est; immo electionem in ambiguo morari, hoc est, satis superque mentem suam prodidisse. Ex quo JESU CHRISTI Religionem non sequeris, jam contra illum te stare poteris, ac solus fidei defectus te prestat infidelis. Qui non est medium, inquit ille, contra me est; parum enim refert, quo pacto illi cultus, quem flagitat, denegetur, utrum suspensione judicii, an aperta contrariæ sectæ adhesionem, utrobique enim semper illi negatur, quod jure ab omnibus mortalibus illi debetur, & quod inter duo illa extrema nihil medium dari potest. Idem P. Mauduit.

Impii, atque Athei, quin aures præbeant rationibus omnibus, quæ impietati suæ fidem aliquam possunt adstruere, statim, & sine ulla dubitatione abicere debent systema periculosum plenum alicui, ubi nihil lucrari possunt, & periculum subeunt, ut gravissimum detrimentum patiantur. Ne momento quidem in adeo terribili dubitatione harendum est; furiosum esse, ac fatum infimicum oportet, qui sese obicere vult æternæ damnationis periculo. Impietas incerta est in principis quibus innititur, falsa ergo esse potest. Certissima econtra est in horribilibus periculis, quibus occurrit; & si falsa invenitur, in gravissimam, infinitamque

Iusta timoris causa, quam habent Athei & Deistæ.

Quid impios, atque oblique cogitantes, quod ceperunt, recedat.

calamitatem decidendum est; sine mora igitur ex terribili hoc dubitationis statu emergendum est. Idem.

Quidquid in impietatis gratiam fieri poterit, dubitare est; dic, ut lubet, mundum æternum esse, generationum successione nullum unquam principium habuisse, nec finem ullum habiturum, rationalem animam esse mortalem; hos etiam sensus in eam, quæ major excogitari possit, lucem adfer, illos nunquam demonstrare poteris, neque extra dubitationis aleam statuere, & licet te invito, semper inter simplicium opinionum fines continebuntur. At quantumvis exigua dubitatio superfit, omnino debes abicere, gravissima enim esset dementia incertæ opinionis periculo æternæ salutis causam velle committere. Ex quo illa opinio sola esse, falsa esse potest; & cum falsa esse possit, ubi eam sequeris, te ipsum periculo obicis gravissimum subeundi calamitatem. Idem P. Mauduit.

Athei Dei existentiam rejiciunt, quod illum non vident; eius Mysteria negant, quod illa assequi mente non possunt: at quæ hæcine causa rationabilis est? Nonne ipsi centies rationum deserti suppulerunt, affectibus suis, vel magistrorum suorum auctoritate, ut irreligionis dogmata crederent? non ne, ut ita dicam, tot actus fidei elicerent, quot occurrunt sensus qui in mundi æternitate, atque independentia animarum percipi nequaquam possunt? Cur non præter hoc ipsum in Religionis gratiam, quæ innititur auctoritati infinitorum miraculorum naturam ipsam excedentium fulgore probatur? Id saltem pro Religione efficere detrectant, quod quotidie in scientiis, ac civilis vitæ commercio efficere consueverunt? Idem.

Ex impiis, & flagitiosis hominibus id solum credere volentibus, quod capere possunt, vel vident, cum minimas eas res, quæ sensibus eorum subiectæ sunt, minime intelligant, queramus utrum explicare valeant causam perpetui motus in corde, aliique corporis nostri partibus; quibus gradibus, ac modis eisa, quæ velsimur, naturam suam exuat, ac ita in nostram substantiam immutetur, ut qui in ore nostro panis erat, mox humana caro fiat naturalis caloris ope, licet ignis calor ea destruat, in que agis, obiecta: utrum docere possint quomodo visum cum aliis sensuum perceptionibus fiat; utrum artificium, quo humanum corpus conditum esse comprehendat? putare enim hæc omnia satis explanata fuisse, ubi illa naturæ opera esse dicuntur; hoc sane esse verba acquiescere, ac verba pro rebus assumere. Satis etiam est illis proponere, quod in natura simplicissima occurrit; quomodo fiat arboris, vel plantæ alicujus solum talis coloris, ac figure, ac talem habens vim calefaciendi, refrigerandi; nutriendi, occidendi; utilitatem, vel incommodum afferendi? Hæc omnia non impis tantum, verum etiam omnibus hominibus sunt inexplicabilia. Quæ igitur audacia, qui ea, quæ oculis vident, & manibus atrectant, non intelligunt, spiritualia mysteria, & quæ sub sensibus minime cadunt, se intelligere velle contendunt? qua fronte maxima Divinitatis opera credere detrectant, nisi ea perspicue, planeque intellexerint, cum cæci minima etiam naturæ opera non comprehendant? Idem.

Athei, impieque neque Dei Providentiam, neque Animæ norunt immortalitatem. Quid porro ex hac doctrina consequitur? Hoc primum certe, quod sese iis omnibus, quibus pares sunt, ingurgitate voluptatibus debent. Hoc inde inferi Sapientis, qui illos ita loquentes inducit: coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pretium sit, quod non pertranseat luxuria nostra; nemo nostram exors sit luxuria nostra, ubique reliquimus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors. Hæc conclusiones nemini adhuc injuriam videntur inferre; sed intra hos fines minime continentur; Magna solatia magnos possulant impus, sumptus vero locupletissimas etiam opes exhauriant; aliquid ergo præterea requiritur, ut libidinolum hoc vivendi genus producat. Hoc alterum illud est, quod ex Atheismo, atque impietate consequitur: Opprimamus pauperem justum, sequuntur illi, & non parcemus viduæ... fit autem sortitudo nostra lex justitia. Hi sunt duo naturales impietatis effectus; luxuria, & pauperum oppressio. Si verum est non aliud numen esse, quam

Quæ mala Atheismi consequuntur.

naturam, & animam cum corpore interire, nullo jam erit amplius inter homines jus, quam quod inter bruta viget, vis nempe. Idem.

Quid! Extremi Judicii, Infernique metus non deerret tot Christianos impudicos, hæc timentes, ne sexcentis sese polluant sceleribus: ubi vero hoc vallum evulsim, atritumque fuerit, fidei consorium est, homines in omne licentiæ genus prolapsuros non esse? Affectus vehementia in anima eorum absenti, futuri mali superat metum; & credam, eundem minime liberius grassaturum, ubi nullus metus, nullum periculum fuerit superandum? Ad id melius intelligendum esset hominum ingenium, qui a jucundis abluant, eo quod timent; & ea, quæ difficilia sunt amplectuntur, quod sperant. Idem.

Vobis, qui eo quod nimium rationis habere cogitatis, neque fidem, neque Religionem habetis, qui id credere solum vultis, quod vestre accidit imaginationi; qui Deum ipsum licet ignitum intra mentis vestre fines comprehendere contenditis; & nihil credere vultis, quod vestram mentem excedat; aliquid ipsa vestra ratio atheismum, impietatemque vestram confundet. Hæc vobis exprobrat, quod rationis prætextu omnem rationis usum abiecit; quod in seculi hujus negotiis vim spiritus vestri ledere non credidistis, fidem quam plurimis rebus indifferenteris, incertis adhibentes; in iis vero, quæ ad Cœlum pertinent, vobismetipsis injuriam inferre putastis, si quid credidissetis; quod urbanitati deesse metuistis, si affirmantibus hominibus fidem minime habuissetis; in iis vero quæ ad Deum spectant, honorem vestrum agi censuistis, si increduli essetis. Vos spiritui vestro vim fecistis, ut sibi falsa irreligionis principia proponeret, atque meditata vivendi licentia gauderet. Desumptum ex specimine sermonum Abbatii de Breteville.

Corporum nostrorum structura docet sapientiam esse intelligentiam, quæ omnes illius partes disponit.

Postulat prudentia, ut in Religionis negotio tutior sententia eligatur.

Quot quantaque infinite potentie, sapientiæ, ac providentiæ vestigia in corpore humano elucescunt! Quinam in matris utero, mille venas, ossa ducenta, ducentas, atque ultra, cartilagineas, quadringentos musculos, sine ulla confusione singula locis suis apte disponere potest? Quis puerorum oculos adeo sibi metus similes efficit, quis illos in ellipticam formam disponit, atque opticum nervum tanta industria cavum efficere novit? Quis alterum brachium, vel pedem alteri parem facit, ut alter alterum minime excedat? Quis uniformem, unde gignitur, materiam partim in cor, partim in jecur, partim in cerebrum, pulmones, carnem, ossa, sanguinem, venasque distribuit? Citra mendacium in dubium revocari non potest, utrum hæc miracula supremæ rationis accepta referenda sint; nemo enim rationis compos credere potest, opus adeo egregium effectum esse causæ cognitione, ac sapientia carentis. Hæc igitur causa vel parentibus referenda est, vel intelligentiæ toto cœlo majori, ac sapientiori. Sibi non Tractatus de Animæ immortalitate.

Licet hæc propositiones; Deus est, Deus non est; anima nostra immortalis est, & non est immortalis æque essent ambiguae; licet intellectus non major hic, quam illic lucem esse deprehenderet: si ratio, atque prudentia suadet, ut tutior sententia arripatur; si religio, ac pietas docent, ut alteri vitæ nosmetipsos præparemus; cur hæc non erit fides probanda, cum in hac nullum periculum adfit, nihil metuendum sit, si Deus minime sit, si mortalis sit anima humana; cum econtra in opposita sententia plurima pericula occurrant, & gravissimum imminet malum, æternamque supplicium, si verum est, Deum esse, animamque esse immortalem? Idem.

Conscientiæ vox sonora est; exprobratio illius tam inevitabilis est, quam secreta; ejusque testimonium tam irreprehensibile est, quam domesticum. Natura alte adeo in anima nostra Dei timorem insculpsit, ut deleri minime possit, ut inquit Salvianus; & nemo fere esse licet impius, ac rebellis, qui inopinato deprehensus periculo oculis manufque in Cœlum minime attollat, operem entis omnipotentis imploraturus, a quo Cœli electi sunt, ut ibi gloria suæ opes ostententur. Abiit, libro de Veritate contra Atheos propugnata.

In Religionis negotio quantumcumque luminum obtinerimus, fieri nequit, ut non nisi in fidei obsequio spiritus requiem inveniamus. Hæc est Sandry Bibl. Tom. I.

di Augustini sententia, quam & ipse sequor. Homo enim, qui nihil credere vult, ac fidem abicit, cumam rei potest initti, ut mentis requiem inveniat? Opus est, ut Atheorum more sine una religione vitam traducat, vel peculiarem sibi religionem, more Philosophorum constituat. Si vixerit, ut impius, ac flagitiosus, hoc est, quin ipsi negotium faceat, Deus sit, necne; beatitudo sit, necne; quomodo nam illam assequi poterit? Nostri status hujus infelicitatem; lumen naturale satis est, ut satis intelligatur. Quod monstrum magis horrendum fingi potest, quam intueri hominem eo stupiditatis evalisse, ut rebus ipsis, quæ maxime sunt essentielles minime afficiatur? homo, qui nescit, quid ipse sit, cur sit, & nihil credens, nihil potest sperare? Desumptum ex Sermone P. Bourdaloue.

Atheo libenter dicerem: in hac sententiarum oppositione, quis nostrum sese obicit periculo; tu ne, qui nihil eorum credis, quæ docet Religio, an ego, qui me eidem subicio? tu ne, qui nihil vis credere, ut in omnem licentiam ruas, an ego, qui credo vitam meæ fidei conformaturus? Mihi ea, quæ credo, credenti, nihil pejus accedere potest, nisi quod tamquam simplex, ac rebus omnibus adhibens fidem traducat; & me meæ fidei conformans, quibusdam carebo voluptatibus, quæ ab ipsa ratione prohibentur: hoc mihi periculum imminet. Tu vero, si quod minime credis, nihilominus verum est; certissimum damnationis periculum subis; reprobratio tua inevitabilis est. Te autem hæc, me alia ratione vivitibus, uter majori quiete perfruat, uter vitam vivit tutiorem? Idem.

Nihil ultra quereretur, ut Athei pudore sustulerentur; sed nos miseris, quam inanis spes est! Si in eorum mentibus tantum excitata inveniretur, eam ratio possit dissipare, sed cum cordi præcipue sit offusa, incurabilis facta est. Credere noscunt, ne id exercere teneantur, quod credunt. Hi Athei sunt, corde, ac voluntate credere detrectant, ne facere cogantur. Si credere potest, & vivere vitam adeo parum tuæ fidei contemem, cum S. Hieronymo dicam, me monstrum esse ex duabus naturis compositum. Frumentarius.

Fieri ne potest, o fideles, ut spiritus, qui homini datus fuit, ut eum regeret, ac ad salutem perduceret, illum fallat, ac perdat? Reperiturum hodierna aie quamprimum, qui spiritum habent, ut sese æternæ damnationis, qui lumen habent, ut seipos excaecent; ac scientiam habent, ut in crassiori salutis suæ ignorantia versentur. Hoc præter propter hominum humilitatis cor est. Hominis esset nimium rudis hoc tempore Deum non agnoscere, ac brutorum stupiditatem imitare, qui primum Ens, necessarium reliquorum Entium principium negaret; cæterum cum fides Dei, & primi Entis generatim mere sit speculationis, quin aliquid in præxi requirit, homines illi, de quibus loquor, haud ægre Deum esse fatentur, atque ingenii laudem captare contendunt id aperitissimis demonstrationibus ostendentes, ideoque sibi gloriæ vertunt, quod Deistæ vocantur. Verum ubi credendum est, Deum hunc hominem factum, ac pro ipsorum salute mortuum, ut eos poenitentiam agere edoceret; hæc fides, quæ practica est, eos torquet: Deus patiens, Deus crucifixus illis non aridet, ac Deus voluptuosus magis illis placet. Ita consilium ineunt negandi Deum hominem factum, ac tranquille dicunt Religiones politica esse adinventas, ut populi in officio contineantur. Desumptum ex libro, cui titulus Essais de Morale in Evangelium Dominicæ infra Octavam Nativitatis.

Christianæ Religionis aspectus idem semper videtur; si enim omnes, qui Christi fideles vocantur, in eadem templa conveniunt, iidem Sacramenta utuntur, eademque sensibiles ejusdem Religionis notas præferunt; at non deest occasio genitibus ostendendi coram Deo, ubi horribilis spectetur sententiarum diversitas, quæ sub hæc similitudinis specie contegitur. Non defunt quidam, quibus nihil inest Christiani præter nomen, & qui sub baptizato capite cor impium, & fidem Ethnica ipsa nequiores gerunt; quod malum quotidie increbrescens eo magis metuendum est, quo occultius est, ac publicam lucem fugit, ne impugnetur; cancrenæ simillimum, quæ externam salutis speciem præferens, jugiter insignes progredius facit, quibus nihil opponitur. Aliquis pro anima-

Periculum, in quo Athei versantur.

Non defunt inter Christianos, nos Athei vel istem crederent.

U. A. N. L.

marum salute zelus haberi non potest, quin ob hoc tantum mali dolore afficiamur, & aliquam affere medicinam aditatur, pro virili conantes ad veritatem finem eos reycare, qui per libidinosam vite cupiditatem inde egressi erraverunt, vel saltem fluctuantes quosdam spiritus confirmare, quos impiorum sermones ac propria tenebra in hanc abyssum jam sunt provalutur. *Desumptum ex Tractatu de Religione contra Atheos, & impios P. Manduit.*

**Quam in re Athei fidelibus praeferre videantur.**  
 Hoc illud est, in quo impietas triumphat, atque Atheorum conditio nostrae praefare videtur; Christianus enim, ut religiose legem suam servet, centies in singulos sibi charissima sunt, iugiter iis, quae in mundo sibi charissima sunt, iugiter sibi vim facere, ne amet, quod sibi videtur amabile, & ne cupiat, quod amat; se ipsum torquet, ut semetipsum oderit, inimicos vero suos diligit, atque affectus omnes intra arctissimos legis severae fines omnia regentis, ac nemini indulgentis, coercet; cum interim Atheus, qui nihil sensibus, & cordi suo nefas esse putat, qui nihil ipsi eorum denegat, quae cupiunt, summa fruatur felicitate, quam neque praesentes stimuli, neque futurorum malorum terrores perturbant. *Idem.*

Nihil adeo ineptum, ac leve, quam horum impiorum argumentationes, quae omnes ad temeraria iudicia rediguntur innixa fallaci, vel æquivocæ spei, inanibus divinantium blaterorum sermonibus, pertinaciter id solum credendi, quod suis oculis vident, & quod intelligere possunt, ac deum cuidam irrisivis speciebus, & politice rationi, quam Religionis tribuunt; & super his tamquam fundamentis æternam sortem suam ædificant. Cateram exiguo labore iis sese expedit difficultatibus, in quas perspicua, & aperta veritatis Religionis nostrae argumenta illos coniciunt; arbitratur enim eas distulisse, ubi qualibet historica facta Religionem ipsam probantia negaverint; & hac in re omnia explodunt Auctorum testimonia, quae in alia quavis facile reciperent, eosque vel tamquam calumniosiores, vel tamquam pusillos, & incredulos increpant. *Idem.*

Nemo est rationis compos, qui sexcenta non credat, quae nunquam viderit. Ipsi etiam impii ex hoc numero sunt, ubi de humanis, vel naturalibus tantum rebus agatur. Quis unquam Atheus Antipodes, quos nunquam vidit, non credit? Quis Deista, vel Pyrrhonicus fidem renuit elaplorum seculorum historis, quae ab Auctoribus suspitionis nota carentibus enarrantur; & hac sola ratione renuit, quod nihil simile sibi videre contigerit? Attamen quia nunquam testes fuerunt miracula alicuius, vel quia miraculum ali- quod venditatum est, quod falsum deprehensum est, inde generatim concludunt reliqua omnia fabulosa esse, atque commenta, quin ea quae Biblia, & Sancti Patres enarrant, censent excipienda, quasi ea, quae ipsi concipiunt, essent norma eorum, quae accidere possunt, & quae sunt credenda. Luminis defectus non est apta ratio contra rem existentiam, quae esse possunt, quin ab illis videantur. Hoc ipsum de possibilitate dicendum est. Non intelligo, inquis, quomodo hoc fieri possit. Quid hoc probat, nisi mentis tuae aciem nimis tenuem esse, ac infirmam? sed defectus hic intelligendi ratio non est, qua aliquid fieri non posse probetur. *Idem.*

Non desunt in scientiis humanis mysteria, quae nos affeque minime possimus; in Religionis autem negotio quaedam sunt multo altiora. Si incredulus, ac impius huiusmodi propositiones rejiceret, incertam suam testarentur, quae non solum ipsos ineptos efficeret recte de re quacumque disceptando, sed etiam indignissimos praebere, ut quis curam susciperet illis errorem hunc auterendi, vel cum illis disputandi. Illi tamen hanc sibi licentiam arrogat de altissimis Divinitatis My- steriis iudicium suum proferendi; immo tanta pol- lent temeritate, ut ea suis subiciant decisionibus, illi, qui provocari possunt, ut formicæ naturam explicent, eisque motum sequantur. Si ipsorum ignorantia incredulitatis eorum errorem non aufert, inutile est eos erudire; quomodo enim crederent, si adeo rudes, ac ignari ea scire volunt, quae credere debent? *Liber, cui titulus, Antimadversiones in varia Religione, Ethicæque argu- menta.*

Cordæ me. **Cognitio plus, minusve perfecta, quam in hac**

vita de Deo habere valeamus ex nostro corde potius, quam ex mente dependet. Sensus, imaginatio, intellectus ideam formant, quam de creaturis habemus; ad idci potest, Deum per voluntatem in nobis eam delineare ideam, quam de infinitis perfectionibus suis concipere possumus? Omnes homines aliquam illius imaginem solis rationis luminibus sibi effingunt. Ubina est homo adeo ferus, & excors, qui Divinitatem minime deprehendat saltem in operibus eius, atque in admirabilibus sapientiae, atque potentiae eiusdem effectibus? Satis est oculos habere, ut videantur vestigia sapientiae, ac dexterae illius, omnibus quae circa nos sunt, obiectis insculpta. Vero simile non est, neque fieri potest, ut qui ratiocinari potest, Deum possit ignorare. Verum, ut supremi huius entis magnitudo, atque species intelligatur, exiguum nobis afferunt opem naturalia principia, nobis Deum esse ostendunt. Cognitio, quam de Deo habemus, inanis curiositatis conatu, ac labore nequaquam perficitur; praeter quam quod Deus spiritibus, qui superba cupiditate dardi essentiae illius investigandae, eundem cognoscere quaerunt, sese offendere non dignatur, ac sepe in eorum temeritatis poenam, eos cogitationum suarum erroribus tradit. Sed in eos, quibus cor magis est simplex, ac mundum maiori in copia, magisque sensibilia lumina effundit, ut ab iis cognoscatur. Nobis sese communicat pro amoris gradu, quo illum diligimus; quo magis a creaturarum rerum amore delivimur, eo magis nos ad se attollit, ac ipse nobis accedit. Quocumque sit Sandorum in humanis scientiis ignorantia, illis immitit Deus iucundum adeo, ut tumque de seipso sensum, ut de eodem nobiliss, aptiusque cogitant, quam omnes, qui se aliquid scire profiterentur. *Idem, tomo 1. titulo 1.*

Si ex Atheo queram, quomodo scire possim, ipsum vivere; non enim video anima, qua animatur; responderet ille quidem mihi, se agere, loqui, ambulare, ideoque vivere. Sed machinarum ope ambulari, agi, verba proferri possunt, nihilque video, quod mihi persuadeat, ipsi ali- quod inesse principium, qui ex natura sua motum & arripere, & dare queat. Saltem in hoc hærere mordicus possunt, ac petere ex eo interioris huius, quo moventur, principii probationem. Intelligendi, considerandique vis, ac libertas quae hac omnia extrinseca vix signa concomitantur, dubitandi locum minime relinquunt, quin animæ eorum causa habenda sit; ille mihi responderet. Neque distiteo; immo id fieri cogor. Cur ergo creaturas admittens, Creatorem non colit? Creaturæ semper agunt; esse semet hunc admirabilem, qui in illis viget, consensum tueri minime possent. Haud ille profecto inquit, eas cogitare, ut tanta diligentia, quod proprium sibi est, atque conveniens inquirant; ut eas figurat, sicut, quae nullo apud ipsas in discrimine sunt, & quae in duratione sua sortituri casus semper effectus esse non possunt, arripiant. Agnoscat igitur insipiens Ens istud supremum, cuius sapientia, ac potentia adeo palam in univervo orbe collucent. *Hoc argu- mentum est S. Augustini in Psalm. 73.*

Scriptura Atheum ab insipiente nequaquam dis- tinguat: uterque tamen longe alia ratione operatur. Insipiens cogitat, quod dicit, & dicit, quod cogitat; cogitationes, & verba Athei non sibi conveniunt; verba quidem sensum, sensus vero Sermonem ipsum mendaciam redargunt. Divinitatem in corde negat, ac fallor, eam negare vellet; sed negare non potest; sensum hunc proferre non audet, non enim audeat illum concipere. Conatus omnes, quocumque exerit, ut metum Dei actionum suarum testis eludat, desinant in ideam vagam, confusam, atque obscuram fidei, quae illum licet invitum brutis similem efficit. Heu de- mentiam! velle rationi tuae vim inferre, ut ratiocinationem amittas! *Idem.*

Ratione caret, opus est, qui eam veritatem vult oppugnare, quam ratio omnibus temporibus omnibusque in locis complexa est. Deus adest; hoc omnes populi continentur; omnesque Deum esse cognoverunt a se colendum. Cognitio hac non est educationis effectus; educatio quidem secundum climatum varietatem varia est, neque commercium de hac in aliam gentem illam effudit; omnes omnino gentes in hac re consenserunt, quia mutuo luminum suorum indigerent auxilio. Politicæ artis principia hanc gignere non poterunt:

lius, quam mens ad Dei cogitationem pervenimus.

Atheismus summa parit agilitas.

Diferentia inter Atheum, & insipientem.

Pauci sunt infideles spiritus, multi corde.

runt: Tot enim reipublicæ administrandæ ratio- nes adeo inter se oppositæ eidem non ita facile sese accommodassent; Principes, atque subditi resistere potuissent naturali impressioni, quam in omni spirituum genere efficebat. Numquid studium eam peperit? Nequaquam; crassissima etiam igno- rantia hac in re scepticæ, ac litterarum cultura non cedit. Non quæro, aiebat Tertullianus, non quæro ad Divinitatem probandam testimonium animæ, quam Scholæ formaverint, quam Bibliothecæ aluerint, quam Accademiarum erudierint; simplicem animam appello, barbaram, animam vide- licet, qualis e Creatoris sui manibus prodiit. Si quis primus supremi huius, ac dominantis Entis existentiam deiecit, atque annuntiavit; quamam, amabo, tellus ejus incunabula vidit, quæ natio il- lum in lucem protulit; insignis adeo, atque neces- sariæ veritatis origo diligentissime non conno- tari non potuit. At enim idolorum cultus late dominatus est; Regna, & Imperia variis numini- bus thura adoleverunt: scio equidem, neque aliud asserere contendo, quam universalem Numinis cog- nitionem. Si quis Atheus in terris est, fatebitur ille idololatram esse semetipsum subverti, atque er- rorem illius sibilis esse excipiendum. At una ra- tio omnes affeque non potest Divinitatis perfectio- nis, quæ illius aciem perfiringant, & quas igno- rare non potest, quemadmodum omnes homines ad felicitatem tendunt, quam naturaliter amant; sed sine Fidei subsidio possunt circa illius quali- tates, atque essentiam consentire? Quam vim sibi inferre teneretur Spiritus, ut universali senten- tiæ sine exceptione adverteretur. Hæc autem vis nonne aperitissimum esset illius, quam negare vel- let, veritatis argumentum? *Idem.*

Nemo magis vitis dissuere potest, quam qui consulto, ac post tranquillam, ac voluntariam deliberationem de industria sese in omne flagitiorum genus nequissime tradit. Talis sane est, qui Divinitatem negare studet, qui hoc profectur, in hoc gloriatur. Non fors, non cæcitas, non confid- eratio, non scientia, neque ipsa vivendi licentia, sed voluntas sola ipsam in teterium hunc errorem coniecit. Nascitur ignari, insirmi, in- constantes, in vitium proni, verum cum is omni- bus præjudiciis, quæ Atheismum impugnant, nascitur; si quis esse potest Atheus, ideo potest, quia vult. Verum est, hanc voluntatem ex viven- di licentia, ac scelere proficisci, sed hæc voluntas ipsa est scelus nequissimum, ac maxime incredi- bile. In profundam vitiorum abyssum, non paula- tim; sed per quosdam veluti gradus aliquis immer- gitur; sed ex quo Deum negare incipit, jamjam saltu quodam in præcepit. *Idem.*

Corruptæ, occurratque rationis errores percipi nequaquam possunt. Idololatra hoc Ens quaerit, quod supra se, ac super omnia, quæ naturalia, & humana sunt, positum sentit; extinguere nequit lumen, quod sibi in operibus visibilibus hunc mun- dum constituentibus ostendit Divinitatem; suffocare nequit testimonium, quod propria conscientia huic perhibet Divinitati, quod detegit quidem, verum non satis perspicue, illam quaerit, sed ea ratione, quæ ipsi præventioni, propter quam illam sperat in metallis, lignis, lapidibus; & fateri cogitur creatas has res non mereri, ut ipse se cor- tam illis prosternat. Quid autem facit, ut illas de- ces adhuc efficit contemptibiliores; cumque illis naturalem ipsarum formam tribuere minime va- leat, alienam tradit, quæ illas cultu nonnisi effi- cere potest indigniores. Idolum ipsi ridiculum vi- detur, ubi considerat illud eo in statu, quem vi- quam eidem nequeunt tribuere. Possent un- quam metalli, lapidis, lignive frustum efficere? & hoc ipsum Idolum Deus illi videtur, postquam digitorum opera secundum ideam suam arbitrium, nova aliqua forma indutum est; ita ut proprie lo- quendo ipse sui tantum operis fit adorator. Spiritus nequitia ulterius progredi nequit. Idololatra conatur occurrere supremo huic enti, ex quo se necessario pendere cognoscit; & supremum hoc ens a voluntate, ac opificio suo pendere conten- dit! *Idem.*

Patendum est inter Christianos paucissimos In- fideles reperiri; creditur: cordis corruptio non a- deo facile menti suam virus communicat; ac tan- tum superest boni sensus, & rationis; ne quis A- theus fiat. At nequam est, & se esse cognoscit;

& licet moribus flagitiosus sit, ex quo ratiocina- tur, sibi displicet hoc esse, quod est, sed nihil minus cessare non vult, quo minus hoc fit. Licet cordis corruptio effectus sit, vel causa cæcitas sit spiritus; semper tamen in anima tantum luminis remanet, quantum satis est, ut improbus terribi- les eas veritates intelligat, quas minime credere vellet; & terroris, ac tumultus tantum, quantum sufficit, ut hæc a se credi palam cognoscat. Quam misera est hominis conditio, qui seipsum occa- rare studet, ut seivissimos terrores eludat, quos in- cutit eorum malorum adpectus, in quæ se præci- pitem egit! Sed mens non diu gerere potest cor- dis personam; efficiat, quodcumque lubet, ani- ma naturaliter christiana est, & nisi ratio peni- tus extincta sit, omnes Religionis sensus num- quam suffocantur. *P. Croset in considerationibus.*

Illum pudori, & confusio impiorum adiciet cumulum, cum Deus scelorum nostrorum alte re- petens causas, easque nobiscum revolvens, nos a- gnoscere cogit duplicem nostræ infidelitatis origi- nem, licentiam videlicet mentis, & licentiam cor- dis: mentis quidem licentiam, quæ de omnibus judicare voluit, ut nihil crederet, quæ fidem ab- fecit non ut meliorem sententiam amplecteretur, sed ut ne ipsa quidem quid sequeretur, quid non intelligeret; ut omnia forti committeret, ut in re- ligiosis negotio perniciosissimum indifferenciam profiteretur; dicam melius, ut nullam omnino Re- ligionem haberet: licentiam cordis, quod se a si- de torqueri ægre patiens, paulatim non coegit, ut illius jugum excuteretur, atque servitutis vincula intringeremus; quod facile probavit Deus osten- dens, donec mores nostri calli, integrique fuer- rent, fidem nostram fuisse integerrimam; hæc vero tunc primum labefactam fuisse, cum mores ipsi depravari inciperunt. *P. Bourdaloue in cer- tis Sermonibus suis. 1. Advent. Sermon de exte- mo Judicio.*

Ratio naturalem tantummodo sequatur instin- ctum, satis est, ut sibi Deum esse persuadeat, perfoadet Creatorem rerum omnium, quæ videmus, ubi o- culis conjiciat in motus adeo belle institutos in- genium eorum corporum, quæ supra nostrum ca- put volvantur, in hunc constantissimum naturæ ordinem, qui nunquam mutatur, in admirabilem variarum partium nexum, quorum alia aliarum opo fulcuntur, & quæ nonnisi mutuo subsidio con- sistunt, in hanc lapidum, metallorum, plantarum- que varietatem; in admirabilem animatorum cor- porum structuram in eorum generationem, ortum, incrementum, interitum. Fieri non potest, ut tot hæc miracula intuitus spiritus secreta hæc vocem non audiat: hæc omnia sortituri casus opus non esse, sed causa alicujus eas in se perfectiones omnes habentis, quas in hoc insigni opere depre- hendimus. Nequaquam conaretur aliquis admira- bilis huius molis machinamenta explicare, dicens nihil esse aliud, quam materiam in extensione sua maxime ingentem, & magnum motum, qui illam disponit, atque ordinat; semper enim dicat, opus est, quenam est huius materiae, & huius motus causa; quod fieri nullo modo potest, quin ad im- materiale aliquid ac intelligens principium, quod utrumque produxerit, ascensus fiat. *Essais de Mo- rale Tomo 2.*

Numquid minus cæci sumus quam Ethnici? Numquid unquam plura extiterunt idola, quam hodierna die? Merito cum Tertulliano asserere possumus, Ethnicos quidem manibus suis sibi idola efformasse, Christianos vero ea sibi mente effingere. *Mente fabricantur idola.* Quilibet sibi Deum suo affectui conformem proponit ea tantum jubentem, ac verantem, quæ quisque vult, singu- li Deo suo eum characterem appingunt, qui sibi maxime placeat, efficiantque, ut sua libidini, u- tiltati, & sceleribus etiam famuletur. Hoccine Deum colere est? Nonne jure dicere possumus: *Mente fabricantur idola? Essais de Panegyriques Tomo 1.*

Si illi tantum Athei vocantur, qui nullum om- nino Deum credunt, teneo nullos id genus Atheos in terris reperiri. Verum quidem est plurimos con- nari ut Athei sint, & nihil intentatum relinque- re, ut vere sint; sed nunquam illis e voto con- tingit, ut sint; & licet contra conscientiam seu si- mulos additatur, ut inde hunc divinitatis sensum evellant, quam natura altius illis insculpsit, num- quam tamen voti damnabuntur. Non deerunt un- quam temporum intervalia, quibus Deus sese a- gno-

Ratio sola perfodet deesse Deum.

DIPLOME DE LA BIBLIOTHEQUE NATIONALE

gnoscendum Invisis præbet in corde, licet impudentissimas blasphemias, ac omne impietatis genus ex ore evomerint. Numquam grave aliquod, inopinatumque periculum ingruet, quin suum errorem detestentur, & illis aliqua excidat vox, quæ commentitii Atheismi sui temeritatem redarguat; numquam disruptis nobis tonitru horribili fragore, quo natura omnis contremiscit, eorum auribus accidet, quæ manus ad Cælum attollant, ut supremo rerum Domino ibi sedenti, veniam suæ improbitatis deposcant. Sexcentæ occurrunt occasiones, ac momenta, ubi hominum omnium nequissimus Dei causam contra seipsum debeat tueri, atque secreto, & inevitabili motu metuere illum, quem se contemnere simulat. Sed illi appellandi sunt Athei, qui licet conscientie suæ simulis torqueantur, quos pro virili suffocare adituntur, ea furant impudentia, ea audacia, ut Deum negent, ita agant, atque loquantur, quasi Deum omnino non esse putarent, illius Providentiam læscant, & ipsam etiam animarum immortalitatem impugnent; licet hæc ipsa anima suam probet immortalitatem rationibus istis, quibus illi ad eam in dubium revocandam abutuntur.

Quam pauci Antiqui Athei fuerint.

Quid putaretis de Fideli viro, qui eo usque procederet, ut ipsam negaret divinitatem, eo quod sex, vel septem impii eam, saltem in speciem, impugnaverint? Etenim post diligentissimas perquisitiones habitas, vix totidem inventi ex Antiquis fuerunt, qui se Atheos profiteri, vel ausi sint, vel poterint. Eorum nomina vobis, auditores, proferrem, nisi nimium illis honorem deferre, ac meæ erga vos observantia deesse metuerem. Quid putaretis ergo de Fideli, qui omnem divinitatem negaret, eo quod nequissimi illi homines eam negare ausi sunt, licet totius nature, omniumque creaturarum, earum etiam, quæ sensu penitus carent, eloquentissima voce redarguerentur; licet propria ipsorum ratio, & conscientia oppositum testarentur? Possessive illis contemptum, ac indignationem tanta hac infania satis dignam testari? Quam in re ficti illi fideles, quorum superius characterem vobis exhibui, æquiores videntur? .... Ut dividant, & eligant, ut faciunt Christianæ Religionis veritates, nonne vel terrena politica, vel impia superbia, vel impudicissimæ voluptatis impetum illi sequuntur?

Pater la Peste Tomo tertio sermonum; Sermon de Fide.

Improbi quorundam improbiorem libellorum, qui in tenebris concepti, in lucem editi, educati fuerunt, lectores, cuiam rei incepta adeo fidei hæc vestra innititur idea? Numquid maliensis, incertique dubitationibus, nequissimis irrationibus, fabulis importunis, ac nugacibus historicis impii alicuius, atque demeritis? Lucetii phrasia, Epicuri sophisma, argue dictam audacis, temerarique Scripturis efficit, ut mens aliqua veritatis radiis sit inaccessa; & faculorum omnium, Doctorum, atque Accademiarum consensus, infinitus miraculorum numerus, ac invictissima Religionis argumenta mentem hanc movere non poterunt? Idem.

Undenam ea procedit ambitio, qua affectata incredulitate præ aliis in mundo emicare contendunt? Diu cogitandum non est, ut intelligatur. Primum enim ex eorum ignorantia, deinde vero ex eorum vitis proficiscitur. Veritas, vel viventis licentia eos contra fidem rebelles facit; vanitas coercenda est efficiendo, ut suam sentiant infelicitatem; licentia est improbanda, flagitiorum turpitudinem detegendo. Idem Tom. 2. Sermon de reverentia, qua reverentibus Religionis debetur.

Inter flagitiosos homines, qui in Religionis negotio sese tamquam sapientes obtrudunt, non deunt qui neque scire, neque legisse profiterentur. At enim, qui bono contentis eorum probare ignorantiam, qui se nihil scire tentantur? Sed per vos mihi liceat, sermonem meum persequi .... Sive illi propriis utantur luminibus, seu simillium sibi sententias sese subiciant, se bene ratiocinari putant, cum ratiocinationem suis studiis accommodant: oris habitus ac difficultates contemnendas composuit, ac festivi potii studio, quo carere, & supplere. Alii se multa legere jactant .... utrique meditati præiudicium sibi præcavere contendunt contra hanc imbecillitatem, quæ adeo facile res incredibiles credit .... Nocturnæ contemplabiles, æstrumque est de Solis fulgore ferre iudicium? Primum quidem Religionis veritates mysteria non sunt, nisi quatenus rationi nostræ sunt inaccessibiles &c. Idem.

Duo sudicia, qua in Religionis materia iudicant, & loquuntur, fontem ignorantia, & vitium.

At videamus aliquando magis peculiare ignorantia ipsorum rationes. Audaces ipsi nostrorum mysteriorum iudices legerunt ne Sacra Biblia, Prophetas, Apostolos, ut intelligerent Dei erga populum suum, omneque gentes Providentiam, Prophetiarum complementum, eventus omnes, ubi supremum illius dominium esset, illius iudicia, ultiones, misericordias? Evolverunt ne Christianos Doctores, ut nostrorum mysteriorum medullam a cortice, & christianarum virtutum essentiam ab inani specie secernerent? .... At esto longum hoc, immensumque studium absolverint, intellexeruntne ea omnia, quæ legerunt, immutaruntne incomprehensibilem veritatem essentiam, ut eas sua mente continerent, atque magistratui vere de illis deciderent? Na hos quidem pluraquam Patres, Ecclesiæque Doctores vidisse oportet .... Post hæc autem impii isti sese non comparant, uti reor, Athanasius, Gregorius, Basilus, Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus; qui in libris consenuerunt, expalluerunt, jejunarunt, orant, & corpora sua affixerunt, ut aliquam Religionis cognitionem assequerentur, quam temerarii illi per otium, atque licentiam se adeptos esse gloriantur? Idem.

Fides irreprehensibilis testis est indefinenter contra fidelem impium testificans; Religio moribus accommodatur, ubi mores Religionis accommodare non juvat. Nimium grave estet criminis simulus sustinere in faciem, ut ita dicam, veritatum Evangelii; rebellis conscientia doloribus suis foliatum asserre studet, extinguens, vel caliginem aliquam effundens luminibus, quibus illustratur. Christiani tamquam infideles loquantur quibusdam in articulis fidei, eos subdolis dubitationibus involvunt, illos in locum traducunt; neque aliud ipsis adest consilium, quam amittendo verendum ob peccata, amittendo verendum male credendum. Idem.

Dic, quæso, quod sentis: nisi sincero timetipsum sanctificandi desiderio teneris, audies fortasse id genus homines, cum illis necessitudinibus, & propter egregias nature dotes suspicis, aliquam voluptatem ex ipsorum consuetudine percipies; interim tamen secreta erga illos vigeant in te diffidentia, quæ efficiet, ut vel invidiosorum characterem extimescas. Estimatio tua sympathica, omnique necessitudinis inite suavitatis nequaquam satis confirmare possunt, ne eam vertaris licentiam, qua in iis, quæ ad fidem pertinent, sua proferre dogmata, atque principia fidelibus omnibus communia impugnaverint non metuant. Eto quidem eas tibi interdicit voluptates, quibus perditissimus quique se ingurgiat, quæ tamen apud hujus viæ homines rara est moderatio; esto ea non capiuntur opum aggerdarum illecebra, quæ eo pervadit, quocumque potest; eaque ipsis aquitas insit, ut pro meritis; atque secundum honestatis leges laudes suas, & vituperationes impendant .... Licet omnia in speciem satis ad virtutem composita videantur, interlucubant aliquando tamen sensus animæ, a qua diligentissimè præcavendum est. Idem.

In hoc moror paullisper, ut ratione probem, Christianum hominem eos fidei articulos, qui sibi minime placent, temere rejicientem non nisi nequam, & impium esse posse. Hunc audire, intueri, ac ea, quæ illius agendi consuetudinem inveniunt naturaliter occurrunt, serio pendere satis est. Quæ enim res illum impelleret, ut principia suæ Religionis inverteret, nisi ut studiis suis liberorem aditum aperiret? Immodica ille tui superbia .... plausus tibi conciliare quærit singulari peripatetia in rebus, quæ pertinent ad fidem. Ille fortunam suam tamquam nomen ali-quod colit .... Hic religionem tamquam inane phantasma respiciet, quod proprie utilitatis ratio, pro ut negotiorum conditio tulerit, vel attolere, vel deprimere potest; Dei Providentiam tamquam inerte eorum, quæ accident in vita, spectatricem putabit; & dummodo vel in fortuiti casus incertitudinem, vel in fati necessitatem minime impingant, Evangelii principia eidem negotium nequaquam læscant. Ille non aliam novit felicitatem, nisi quam in impudicissimis invenire potest; quibusdam blasphemis severissimo etiam pudori maculas ostendere non adiecit? &c. Idem. Quam

Placet magis Religio moribus, vel more Religio sic accommodatur.

Tumulus qui impii moti proximam agitant.

Quam unquam tranquillitatem hujus vitæ Christiani in vitæ suæ percipere possunt? quanam vero eorum terror erit in morte? Satis fortasse rationis illis superest, ut videant, se Fidem suam non impugnaverint, nisi ut vitæ suis vendicentur: in hoc rerum statu non ne jugibus, mordacibusque curis debent exuri? Nolo illi memet submittere veritati, quæ animi mei studium torquet: illa non ideo tamen minus est veritas: mihi quidem eas causas abscondo, propter quæ metuere deberem, at illas non deleo, & licet meorum argumentorum pondere oppugnentur, vigent tamen. Spiritus imbecillitati verto tot illudium fidelium crederem in maximo periculo verser. Docilior essem, sentio equidem, si minus essem nequam; verum quid mihi prodest ejus mali, in quod certissime iam in adeo crudeli incertitudine, ac in æternis cum propria conscientia certaminibus transiguntur? Ubi omnibus curis fuerint exagitati, quibus anima torquetur, quæ seipam fallere conatur, ex hac terra abeundum erit. Quis finis eorum, ait S. Petrus, qui non credunt Dei Evangelio? Quam horum exhalantes conspiciere? Ex hac Vita egrediantur, quin æquam conceperint ideam eorum, quæ in altera accidit, ac terribile subeunt iudicium, quod toties sibilis, & cachinnis excepturas eas, quæ contempserunt. Oculi eorum, qui terrenis rebus clauduntur, aperiantur fidei, ut æternitates illius, quam in ludibrium verterunt, quæ finis horrenda videlicet mors. Idem.

Per vos hic mihi testari liceat, vestras oppositiones, & rationem eam, qua illæ efferuntur a vobis, nequaquam indicare mentem dubitationibus agitatum. Charitatis quodam principio ductus credo equidem .... numquid eo quod omnibus Sceptici alicujus difficultatibus respondere non possunt, inde iure sequitur nihil in terris certum inveniri? Hinc iudicium forte de injustitia cogitationum vestrarum, qui vultis, ut antequam ad examen vocentur maxime essentialia Fidei Christianæ argumenta, singulatum infinito peculiarium difficultatum, quas obicitis, numero, respondeamus .... Si difficultates tantæ non sunt, ut argumentorum vim valeant infringere, Christianæ Religionis acquiescentem est vobis, licet etiam non omnes dilii possent objectiones, quæ fieri possunt contra ea, quæ in Sacris Bibliis continentur. Attendite, quæso. Nemone habere possit hanc fidem, per quam salvi sumus, nisi plures Chronologicæ locos, qui in Sacris Bibliis occurrunt, explanare noverit, nisi rationem reddere sciat cur jusque Legis, ac peculiaris iudiciorum consuetudinis; nisi Prophetiarum caliginem penetret, ac difficillimos locos evolvat? Quod si quis credere potest, & salvus fieri, quin has novit circumstantias; cur contra Religionis Christianæ principia profertur? Eumne ferre possitis, qui materiam extensam negaret; fieri enim vix, ac ne vix quidem potest, ut plures enucleantur difficultates, ad materiam hujus extensionem, atque divisibilitatem spectantes? Nobis tantum rationis suppetit, quantum satis est, ut animæ nostræ existentiam credamus, quamvis ignoremus qua ratione materialis substantia, & immaterialis, quales sunt anima, & corpus simul conjungi possint, ut reipia in homine conjunguntur? .... Denique nihil ne constans esse potest, nisi tibi distinctos, aperissimoque veritatis vel mendacii, quæ in rebus omnibus inveniuntur, characteres deprehendamus? Videtis ergo ea etiam quæ verissima sunt, suis esse obnoxia difficultatibus, & nihilominus, ut de harum rerum veritate certitudo habeatur, non requiri, ut omnes illæ difficultates diluantur? Sed ea quæ obicitis non adeo solida sunt, ut censuris .... Epistola cui titulus, Christianæ Religionis, & Sacre Scripturæ contra Deistas de-sensio.

De Re- ligionis veritate con- siderat, non requiritur, ut omnes singularem difficultates diluan- tur.

SUPPLEMENTUM.

Athei Infidelitas, Licentia in fide, &c. Dubitatio, incredulitas, nullus Religionis zelus.

Aditor mi, unum habeo quod ex te quaram. Cum mens tua rationi referata fuit, ac se-

cernere occæpisti quid sit esse, ab eo quod est non esse, & cognoscere per animadvertionem, quod eras, & quod non semper fueras; ex tunc venisti Deum tuum, ut ita dicam in possessione essentia suæ in mente, & fide mortalium; videlicet nactus es homines in usu publico credendi, esse Deum eorum omnium, qui tunc principium. Nihil tibi tunc in mentem subit, quod prohibere deberet, ne crederes. Satis diuturnum posthac temporis spatium abiit, quin aliquis fidei tuæ turbaverit tranquillitatem. Ex quo igitur tempora diffidentia, ac timor ut falleretur credens, mentem tuam pervasit, eamque in dubitationem, & incredulitatem coniecit? Id ignoras? Ecce in his verbis David; mentire, si audes. Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus? Sed quando hoc dixit? Quamam fuit iudicii hujus causa, quanam effectus? Quod cor illius jam corruptum erat, & deinceps abominabilibus affectionibus, & cupiditatibus deterius corruptum fuit: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iudiciis suis. Pater de Ra in Adventu.

Quamam adeo valida ratio potuit igitur ita mentem tuam percellere, ut præteritam fidem tuam, primas pueritiae tuæ impressiones, & generalem omnium generis humani persuasionem mentis? Hoc non est; nequaquam: quod minime est, quia Deus oculis nostris videri non potest. Inanem prætextum? Fatere veram tuæ incredulitatis causam. Hæc est, quia si Deus est, si æternitas, si spiritualis, & immortalis anima, fieri nequit, ut ultio Dei, æternitatem animæ tuæ nefarie supplicium evitetur. Miram perurbationem mentis in peccatore! Delendus est Deus de numero eorum rerum quæ sunt; quia si est Deus, peccator est miserissimus: Opus est humani generis redemptionem, Divini Verbi Incarnationem, illius Crucem, Mortem, Resurrectionem fabulas esse; si enim hæc vera sunt, totidem sunt contra peccatorem sententia esse commenta; si enim hæc vera sunt leges, & seria officia, peccator est rebellis, & impius. Opus est infernum, ac ignes illius esse pueritiam terribilissima, si enim vera sunt supplicia, sunt pro peccatore, si enim vera sunt supplicia, sunt pro peccatore, si illis damnatur. Sola igitur hominis ambitiosi, voluprosi, ratio erit regula veritatis, publicæque fidei in mundo? Impune igitur dicere licebit: Deus nullus est, si peccator felix non est? Ecce, o peccatores, vestra argumentationes, vestra cogitationes: sed potius vestri errores, infamia vestra. Postquam diu lectionibus, perquisitionibus, animadvertionibus vacaveritis, peritissimus sit erit, vosmet improbis luminibus vestris excæcatis. Idem.

Nomen Christi geritis: tamquam in Christianismi fide mentis vestrae turram invenitis. Semper ratiocinari vultis, semper scrutari, semperque animadvertiones facere: vobismet temper obicitis quæstiones, has alii agglomeratis, ac vultis ex fanatico amoris proprii tribunali definitivam profere sententiam de impenetrabilibus fidei Christianæ mysteriis. Quæritis vestram cum Deo securitatem; vultis, ut palam vobis loquatur, quasi vobis esset rimendi causa, ut vos fallere velit. Putatis igitur perveniri posse ad cognoscendam naturam, verumque Dei cultum, alia via, quam eo lumine, quo illi placet nos illuminare? Curiositas, & scientia unquam ne huc pervenerunt? Aliquidne hæc in re produxerunt, quod sine ulla oppositione valeat admitti, & quod e contra non sit erroribus, & illusionibus cumulatisimum? Postquam integer Mundus seculis incertitudinibus, æque tot eruditorum seculorum observantia pro dice fidem sibi adoptavit, & ab illa se omnino regi passus est; nonne tempus est, ut tu quoque jubeas spiritum tuum sese illi submittere? Numquid laboriosissimum tibi erit credere, quam semper dubitare? Cum simplicitate sequi lumina fidei, quam semper querere naturæ lumen, & illud nunquam invenire? quam in tenebris ambulare, & nescire quo vadis. Si fides tibi timorem incutit, nec te confirmat incredulitas? Et non credenti nullane timendi causa supererit? Et negante te Deum tuum, numquid hic Deus esse cessabit, neque efficiet ultra, ut sentias quis ipse sit? saltem tibi auferendo fallacem tranquillitatem, quam tu tibi rebellio promittit? Cum his omnibus animadvertionibus dicere nequis: Obediatis, & agnoscat Deum in Dominum nostrum? Cui igitur obediatis? Nam quisquis es, tibi domino opus est; & quisquis ne-

Fidem omnium generis humani persuasionem mentis? Hoc non est; nequaquam: quod minime est, quia Deus oculis nostris videri non potest.

Deplorabile status eorum, qui spiritus vocantur.

rum es, non alium habere potes neque imperio-

Animad- versio in partem leti- tem spiri- tum gen- di ratione & in di- calitate, quas con- tra Chris- tianam Religionem obijciunt.

Quenam sunt hæc difficultates, rationes, argu- menta, quæ adeo certa videntur assertis hisce spi- ritibus fortibus? Dicamne, quin erubescam? La- bor aliquis, quem invenient in concilianda Dei Magnitudine, & Majestate, cum profundis deje- ctionibus, quas illi nostra tribuit cum illius miseri- cordia; prædestinatione paucorum Electorum cum iustitia, quam omnibus debet mortalibus; mala, quæ accidunt in orbe terrarum, cum sapientia Providentiæ ipsius, Fortasse aliqua verisimilitudo, quam sibi comminiscuntur in Religionum varietate propter varios modos colendi Deum in infiniti- is ipsius perfectionibus. Fortasse scandalum, ac discrimen inter mores eorum, qui Ecclesiam moderantur, atque Religionis sanctitatem. Fortasse aliqua species oppositionis, & ambiguitatis, quam in sacris Bibliisprehendi crediderint. Hæc ea sunt, quibus flagitiosi homines, & æquo liberiores mentem suam implent, & quæ nobis semper ob- trudunt. At inter hæc, quid evertere, vel elude- re potest ineluctabile miraculum propagationis fi- dei? Nam quin sine illam respondeamus his ra- tionum umbris, una tantum animadversio eas om- nes exiustiat. Hæc autem est. Omnes istæ diffi- cultates, quæ modo prohibent, ne credatis, habe- bant, sine ulla comparatione, majorem vim con- tra idem in ore ventulum, primis Ecclesiæ tem- poribus: at prohibueruntne, quominus fides trium- pharet? In ipsi Ecclesiæ incunabulis, Porphyrii, Juliani contra illam scripserunt libros nequiores, ac magis virulentos, quam, qui hodie in vobis tumultum, & dubitationem cient. Libri illi de- traherent ne Philoophos, ignaros, principes, subitios, familias, regna, mundum universum, ne in Ecclesiæ sinum ingrederentur? Et nunc hæc chimæra a misero centuriato in unum collectæ post quindecim, vel sexdecim imbecillitatis, & inutilitatis tempora vim obtinebant efficiendi, ut liceat fidem sitis prolelli, ab ea recedatis? Hæc omnia, quæ proferis vestris evertet? Hoc Evan- gelium, quod ex omnibus antiquis Philoophis victo- riam retulit, obliterabitur in vobis ob commenta hominis nefarii, qui nihil adfert, quod mundi totius conversione confutatum non fuerit? Hoc ip- sium non sufficit, ut de ipso mentis vestræ lami- ne diffidatis, quod adeo infirmum est, ut is tra- hatur chimæris, quæ nullam vim habuere apud tot Sapientes post duo fere annorum millia, & ut Evangelio adverserent, quod apud omnes fere populos fidem invexit? Quæ libido! quæ infania! Credere volo illi, quod neminem fere movit; & resistere illi volo quod omnem fere mundum per- traxit? Credere volo flagitiosi hominis imagina- tionibus; & cedere nolo miraculis JESU CHRIS- TI tot sæculorum præconio probatis. Quinam error ratiocinandi! P. de la Rue in Quadrage- sima.

Assertorum spirituum sortium falsitas.

Si credo, & facio, quidquid mihi Christiana religio proponit; & mortis meæ tempore invenia- tur verum quidquid ipse credidero: æternam bea- tudinem adeptus ero. Et licet falsum inveniretur quidquid credidero; nullam ideo in vita ja- buram fecero, immo etiam mihi honesti viri no- men, laudem, & observantiam, quam virtus me- retur, conciliavero. Si voluptatibus abstinuero, memet præservavero a malis, quæ illas subsequun- tur; & conscientiam meam in jugi suavique tran- quillitate servavero: hæc enim ea sunt, quæ legis observantia producit. Sed qui nihil credit, si mo- rians nascitur, se jure nihil credidisse, quod in- de lucrum refert, quandoquidem cum illo moriun- tur omnia? Si e contra intelligit sibi credendum fuisse, ubinam ille est? Si Religio fabula est, in morte nil proficit, quam qui illam pro veritate acceperunt, sin autem veritas est, quid de illo sit,

qui eandem fabulam existimavit? Hucigitur Ma- gonæ mentes vestrum vocate? Fierine po- test, ut in iis tantum, quæ ad Religionem perti- nent, sitis imprudens? Agitur de alex, vel mercaturæ periculo. Si vobis cedit e sententia pa- rum lucrarum? Sin autem irreparabilis est jactu- rum, audebitis, ne vosmet tanto periculo objicere? Sed agitur de Religione. Si nulla est, quem inde fructum percipitis: si aliqua, damnatio vestra in- evitabilis est. Quæ prudentia, dicam iterum, in discrimen adducere salutem vestram, licet etiam Religio æque esset ambigua, ut certa est? P. de la Rue in Quadragesima.

Ita est, Athee, Deus est. Huc asserenda non sunt inania sophismata, ut tuam fulcra dubitatio- nem; velle quidem cor tuum nullum adesse du- bium. Sed cum nubes rampat, ac tonitru ad pedes tuos labitur, cum etiam quamplurimis ob- noxiis es periculis tuz minoribus, audio tamen veluti impietatis tuz abjurationem, clamorem hunc, qui tibi excidit invito: Deus meus! Ecce atheismum tuum inermem. Deus est, utque, Deus est, qui nec fallere, nec falli potest; nec damnare innocentem, neque nocentem abolere. Deus qui creavit omnia, & qui omnia potest in nihilum redigere; Deus, qui inania hominum ir- ridet consilia, qui de bellorum summa est ar- biter, qui mutat Imperia, qui nos in lucem emit- tit, cum vult, ac inde deturbat, ubi vult. Deus, quem nec fugere, nec corrumpere possimus: qui nos videt, qui nos audit, qui nos judicat, &c. Abbas Roileau in Quadragesima.

Quid conentur Athei ad delendam impressio- nem, quam magni hujus mundi aspectus suapte natura in omnibus hominibus parit, adesse videt- licet Deum, autorem illius, non ideo tamen il- lam omnino possunt obliterare, adeo altas, vali- dæque in animos nostros radices egit? Si hæc in- vidia non est argumentatio; hæc sententia est, & prospectus, cui non minus, quam omnibus argu- mentis, est virtum. Vis nobis inferenda non est, ut illi cedamus, sed ut illi adverseremus. Ratio se- quitur, satis est, naturale studium, ut si perbi- deat, esse Deum creatorem earum rerum om- nium, quas videmus, cum oculos attollit ad mi- raculos motus ingentium corporum, quæ super ca- rificos motus circumaguntur; ad hunc naturæ or- dinem, qui nunquam perturbatur; in admirabi- lem nexum diversarum partium, sese invicem fu- silimentum, ac subsistentium mutuis auxiliis, qui- bus ultro citroque firmantur; in eorum ortum, augmentum, & mortem. Fieri nequit, ut mens contemplata hæc omnia miracula non audiat fe- cretam vocem clamantem, hæc omnia non esse casus effecta, sed causæ alieius omnes possidentis perfectiones, quæ in magno hoc opere deprehendi- mus. Ex Sermone quodam de existentia Dei, & anime immortalitate.

Religio basis est regiminis etiam politici; sine illa homo malus est subditus, civis molestus, vel potius homo non est. Ex quo conscientia caret, jam caret submissione, bona fide, humanitate. Atheus, qui in semetipso fe ardat, & non curat futurum, quod minime credit, non aliud querit, quam prætere frui: ejus utilitas, & voluptas Dil- sunt, quibus omnia sacrificare non ambiget. An- thor Anonymus.

Cur homines secreto sibi concinnant systemata fidei, vel ut melius dicam impietatis, atque infi- delitatis, secundum quæ vivitur? Nisi quod ho- minis protervi interesset religionem esse nullam, nihilque verum esse, nisi quod illi blanditur, & placet. Non intelligimus aliquando, quomodo Ethnici ita rudes esse possent, ut Deos adorarent infames, incestos, adulteros, sed fe id assecutum esse, Sanctus Augustinus testatur: ratio est, in- quit ille, quia illorum intererat Deos his finibus habere, eisque proderat eodem momento, quo turpi alicui parebant cupiditati, se ipsos posse ta- li exemplo excusare. Hæc tota est Idololatriæ, Ethnicæque religionis œconomia. Sed non est, cur adeo longinqua repetamus, & satis est, si nos- tris consulamur. Nam quantumvis obstinatus sit homo justo liberior, nunquam distinebitur; si vera voluerit respondere, se tunc de altera vi- dubitare occupasse, cum interfuit sua, ut omnem in hac haberent finem: Infernum illi vulgarem visum fuisse errorem, cum interfuit sua, nullum esse infernum, fe nunquam existimasse seclera, nugas, ineptiasque, nisi cum interfuit sua, peccatum

Deus est. Quid ex hac veritate sequitur.

Negari non potest Dei universorum creatoris existentia.

Personæ religio- carentes in ipso po- litico regi- mine sunt periculose.

Morum li- centia pa- rit licen- tiam fidei.

tum non esse amplius peccatum; & si huc processit, ut tamquam Atheus in corde suo constitue- ret, Deum non esse, hoc nam tandem accidisse, cum interfuit sua Ens divinum ad nihilum redi- gi. P. Bourdaloue in Dominicis.

Univer- sū hujus or- bis adpe- ctus Dei probat ex- istentiam.

Deus, fateor equidem, sese oculis nostris non ostendit, sed quocumque illos circumferamus, mi- rabilia intuebitur, quæ nonnisi potentia, & sa- pientia illius effecta esse possunt. Ille Creator, & Dominus est: est intelligendi vis superior, æter- na, a nullo pendens. Hoc primum est argumen- tum meditationum, quas gignit rerum creaturarum intuitus. Fatemini increduli, has considerationes suffocandas fuisse sub pondere dubitationum, quæ adfectate fuerunt, & suppositionum gratis asser- tum. Quis est Dominus? Vos illum ignorare dicitis? dicitis potius hunc a vobis satis superque cog- nitum fuisse, & nisi id iustissimus timor, quem il- lius vobis injicit iustitia, vos nunquam illi nega- torum fuisse supremam ejusdem essentiam. Mora- les Animadversiones cum notis in Epistolam S. Pauli ad Romanos.

Probati non potest mundum sortito fa- ctum.

Nunquid sanæ mentis habendus esset, qui asse- rere auderet, navim cum funibus, velique omni- que nautico instructam apparatū semet edificasse, semet movere, semet inter Oceani fluctus rege- re? Edes magnificas non alium habuisse Archi- tectum quam sortitum nonnullarum atomorum concursum? Tabulam terrestrem globum referen- tem cum animalibus, arboribus, & plantis, qui- bus ornatur, ex fe factam fuisse citra quamlibet Pictoris curam? Nisi manus illa operum suam locaverit? quod dicere non auderetis de exem- plo, quod non aliud est, quam imago levissima, quomodo dicere auderetis de autographo, ac re ipsa? Quomodo hoc casum acceptum audeatis re- ferre! Non desunt, qui sortitum res omnes factas esse asserant; at quid miserius, quid impien- tius? S. Ambrosius ait, De la Chetardie in Ho- militiis.

Consultatio assertorum spirituum sortium quod ad JESUM CHRIS- TUM, & redemptio- nem homi- nis.

Ad quid redigitur scandalum assertorum spiri- tuum sortium de JESU CHRISTO, hominisque redemptione? Sibi persuadere non possunt Deum ita sese exanimavit, atque humiliavit; verum as- firmo nihil Salvatoris officio fuisse convenientius. Quare? Quia non erat verus terram, nisi ut pro hominibus satisfaceret Deo: Sed illatæ injuriæ sa- tisfactio secum gerit humiliationem, & dejectionem satisfaciens nonne naturalem ordinem se- quitur? Illis non sapit Dei filium in religione sua adeo severa dogmata proposuisse, odium sui ipsius, abnegationem sui, autestantem in se. At aliæ erant ipsi proponenda, Sanctus Hieronymus in- quit, constituit Religionem hominum; qui fe peccatores, ac fontes lateri debent? Quid enim peccato magis congruum penitentia? Penitentia vero quid magis conforme, quam in seipsum rig- or, & austeritas? Nonne ratio sola factum hoc probat? Mirantur, quod JESUS CHRISTUS pau- pertatem, tamquam beatitudinem celebraverit; quod hominibus tamquam illicita quedam propo- fuerit, ut ipsum sequerentur; quod contemptus amorem omnibus sæculi honoribus prætulit: Ego vero in his omnibus profunditatem consilii ejus- dem admittor. Quid enim melius facere poterat? quandoquidem agebatur mundi salus per ejus re- formationem; quam ad illam reformandum bel- lum inferre cupiditati, sensum voluptatis, super- biam mundi hujus? Sed cur opus erat, ut anima- rum nostrarum medicus eportaret pharmaca ad mor- bos nostros curandos necessaria? Opus erat sane ut ejus exemplum nos impelleret ad hæc ipsa phar- maca adhibenda; alioquin sine hoc exemplo, quo suaviora sunt, potuissent sine illorum amaritudi- nem ferre? Si ille sibi delicias ultrapasset, nobis- que cruce dætaxat reliquisset, quid de hac di- visione cogitavisset? Volens ille paupertatem, atque humilitatem commendare, quas mundus horrebat, quam ad inventionem magis efficaci uti poterat, quam illas in persona sua consecrare, ut humilitas hominis, quæ per fe infirma est, in Dei humilitate nancisceretur, unde semet confir- mare posset, atque contra superbiam incurfus tueri? P. Bourdaloue.

Abstrusa in- que inci- duat A- thei.

Hocine est rationis esse competentem, asserere nullum dari primum principium, ideoque lateri, mundum ex seipso factum, propriis viribus ex ni- hilo emerisse; atque in Mundum fuisse, ante- quam esset? Nonne hoc est sibi pugnare turpiter, nonne hoc est, ex creatura facere creatorem, & Hondry Bibl. Tom. I.

sub alio nomine, id, quod negatur admittere? Quid, Sanctus Joannes Chrysolomus inquit, hic Cælorum concentus, hic fulgens slyderum cursus, hæc concors invicem Elementorum discordia, hæc immutabilis anni temporum vicissitudo, hæc per- petua dierum nocturnumque successio, admirabilis hæc arborum plantarumque varietas, hæc species, quæ nunquam confunduntur, hæc magnificentia, & proportio partium magni huius Orbis, hæc om- nia adeo præstantia, & completa sunt ferturiti casus effecta? Nulla potentia illa produxit, nulla sapientia ordinavit, nulla providentia regit? quid immetia hæc moles, quæ circumagitur, & licen- tes globi suum obeuntes cursum cum tanta maie- state, æditudine, peracitate, ipsa ætate ratio- ne, ut cum Psalmista loquamur: Qui fecit calos in intellectu, & qui nihilominus nullo animati sunt vitæ principio quod illis insit, nullam habe- runt secretum motorem, neque motum adeo uniformium ordinatorumque moderatorem? Nullo egebunt superiori intellectu, qui eos a confusione præservet, qui eos in ipsorum essentia sustineat contra eam proclivitatem, quæ creata omnia re- runt in nihilum; qui influxu, virtute, inde- fessa agendi cura, veluti jugi quadam, iterata- que creatione prohibet ruinam, vel magni hujus compositi solutionem. De la Chetardie in Ho- militiis.

Vel Mundus se ipsum fecit, vel ab alio factus fuit: sed fieri nequit, ut aliquid præsertim inani- matum seipsum faciat, seipsum creet, sibiinet impertiat essentiam itat per fe ex nihilo produ- deat. Nam hoc si præxisteret, esset simul, & non esset; & hoc dicere non de una tantum re singulariter, sed de innumera multitudine rerum, quæ etiam singillatim sumpta sunt adeo perfecta, ut plane videantur sibi invicem referri, ut partes fiat, & unum tantummodo totum conficiant; quod satis validum argumentum est, ut probetur, illa effecta fuisse non quidem sortito, at consilio præmeditato, atque in opus redacto ab intelligentia, quæ extensione, vi, acymine im- mentia est: Dicere, inquam, hæc omnia per fe facta fuisse, materiam animam carentem, concur- tum chimæricarum atomorum illas produxisse, nonne hoc est oppugnare purissima sensus com- munitis lumina? Hocine est rationabile esse? Denique hoc nonne est sese conicere in labyrin- thum difficultatum magis incomprehensibilium, quam sint veritates, quas tanta cum simplicitate fides proponit? Nonne hoc est velle credere quod minus est, quia credere non vis, quod minus est? Idem.

Out est adde De- mundi creatorum.

Quid viderunt rara hæc ingenia, quid plus aliis viderunt? Quanam est illorum ignorantia! & systematis horum as- seritio, quæ spirituum sortium.

Undenam conciliando divinum est, ea, quæ de prima essentia cogitantur nullo esse in discrimine, omnesque Religiones, quæ super terram videntur, æque bonas esse? Quia non desunt fal- se, num inde sequitur nullam esse veram: vel non posse amplius amicum verum dignosci, quia fallacibus septi sumus? Num omnes, qui errant, bona fide errant? Homo non potest secundum consuetudinem suam sibi metipsum imponere? sed quæ supplicia non merentur obices illi, quos præ- ventionibus suis opposuerit luminibus defæctoribus? Undenam auditum est, penam, & præ- mium non esse, nisi propter humanam judicium, & justitiam non esse in Deo, cujus illa que in no- bis relucet, nonnisi scintilla sit? Si talis adest ius- titia, suprema, ideoque inevitabilis, divina, i- deoque infinita: Quis dixerit illam nunquam a- gere secundum naturam suam, & justitiam infi- nitam; in finem non exerceri per supplicium, sin minus infinitum, saltem æternum? Ubi ergo sunt impij, & quam habent certitudinem contra æter- nam ultionem, quæ illis impendit? Deficiente meliore perfugio, tandem in Atheismi abyssum sese concipient, suamque requiem constituent in Gg fu-

Abstrusa horum as- seritio, quæ spirituum sortium.

Argumenti hujus conciliatio.

furere, qui nullum fere locum in mentibus invenit? Quisquam illis resolvit hæc dubia, quando quidem illa hoc nomine gestunt nuncupare? Ratio, quam ducem sequuntur, menti eorum confecturas dumtaxat offert, & impedimenta. Absurda in que incidunt negantes religionem, magis improbabilia sunt, quam veritates, quarum altitudo illis stuporem ciet; & quia credere nolunt Mytheria incomprehensibilia, unus post alium sequuntur errores incomprehensibiles. Quæ igitur est hæc misera illorum incredulitas, nisi error sine fine, temeritas que omnia adducit in discrimen, ultronea supeditas, verbo superbia non ferenda sine medicina? Idem.

Si post mortem nihil nostri sciret: boni, & nequam omnes uno eodemque in statu essent involuti, & invenirentur etiam priores illos minus beatos esse, quam posteriores: cum enim omnes pares essent post mortem, impij falsè præ illis præfarent, eo quod in hac vitæ pace, & felicitate sua gavisi fuissent, boni vero non nisi mala fuissent perpassi. Sed quisquam est Tyrannus adeo crudelis, quis homo adeo inhumanus, quis barbarus qui adeo crudeliter sæviat in eos, qui sibi serviunt, & obediunt? Satis aperte videtis quinam sit hujus erroris excessus, & quo usque non transferat impia hæc argumentatio. S. Chrysostomus in Commentario in S. Mattheum.

Fides a Guillelmo Parisiensi vocatur generositas intellectus; quia sicut generositas voluntatis efficit, ut aditum cor nostrum ad res amandas, que amare sunt, & ardua, & quibus nihil inest amore dignum, nisi quod ipsi illis tribuimus per nostri amoris exercitium: ita vis, & constantia requiritur, ut spiritus noster perveniat ad rerum sublimium fidem, que tantis septis sunt difficultatibus, ut vix possint persuaderi, quia nullam habent probabilitatem nisi in dicentis testimonio. P. Antonius a S. Martino a Porta.

Hi spiritus, qui fortes vocantur, haberi debent potius tamquam spiritus pertinaces & proprio sensui inhaerentes. Et profecto si videritis magnum Mathematicorum cætum, qui communi consensu testentur, Solem terra majorem esse, & contingeret, ut rusticus quidam, illorum demonstrationibus fidem non habens illis adversaretur, & quo magis illi rationibus veritatem hanc probare adniteretur, ille mordicus id credere nolle perseveraret; hæc fides habenda non esset spiritus fortitudo, sed duritia mentis, & ingenii imbecillitas. Hoc ipsum dicendum est de assertis hujusmodi spiritibus, qui Evangelicas rejiciunt veritates, licet ex ipsius veritatibus emanaverint; licet sanguine tot Martyrum confirmata fuerint, ac probata a tot Episcopis, sapientibusque viris, qui illas sedulo ad examen vocarunt. Post hæc omnia, si hi spiritus fortes consensum suum præstare nolunt, dici jure non possunt spiritus fortes, sed duri, ignari, pertinaces vocandi sunt. Idem.

Si motus, & secreta machinamenta cordis horum spirituum plus æquo pertinacium, rite scrutari velimus, ita vel præter propter dicere, & agere consueverunt. Intelligere nequeo, quomodo pro momentaneo delicto Deus iuste possit aliquem æternis flammis addicere: igitur ut mentem meam hac liberem cura, extinguere volo lumina fidei hujus importuna? Intelligere nequeo Denm mori voluisse, & hoc aggredi potuisse: igitur nihil unquam credam? Hæc talis pertinacia potestne alteri causæ accepta referri, quam desperationi? Nonne hoc id facere, quod olim Aristoteles, (si tamen illi cum magno hoc ingenio comparandi sunt) qui cum assequi non posset Aëtium Marini causam in Euripo, præ veredundia, infestiam suam pelagi fluctibus remisit. Igitur quod ab hisce improbis hominibus fortitudo spiritus appellatur, non aliud est, quam caeca ignorantia, que illis fidei nostre improbabilitatem suadet. Idem.

Præcipua ignorantia, & infirmitas horum religionis contemptorum origo fuit ex libidine explendi cupiditates suas, ne recordatio Dei, & alterius vitæ, representatio iudicii, igitur æterni ad scelerum suorum penas repetendas instanti, voluptates ipsorum perurbet, eisque libertatem eripat in omnibus flagitiis sese volutandi, ita ut fœnesta hæc recordatione periti consilium capiant sese liberandi omnem fidem abdicantes, & excutientes importunam fidei su-

Opus est vitam præter hæc.

E contra est inhi- sitas, ac caritas intelledus rone cre- dre post- eret, & sui Epico- pos, & pla- pientes vi- sos.

Fructus re- scimus, quod in- telligere non val- mus.

gum, quod illos captivat, utilius censeant hoc vinculum frangere, quod consuevit vivendi ratio- ni magnum negotium fecerit; quia Deum credentes, debent quoque simul credere in ea Reli- gione, in qua vivunt, quoad que intelligere ne- queunt, & penas suis seculis debitas; & ut verbo omnia complectar, sibi vitæ rationem esse mutandam; & omnibus suis flagitiis nuntium esse mittendum? P. Antonius de S. Martino a Porta.

Cum naturalis ratio, vel auctoritas hominum auxilio est, atque concurrat, non quidem ad as- sum fidem, cum non sit ratio apta ad efficien- dum, ut credamus veritatem, sed ad persuaden- dum illam a Deo fuisse revelatam, nihil in hoc adest, quod divinæ officiat fidei; nam longe dif- fert credere, exempli gratia, animam esse im- mortalem, quia hoc docet ratio naturalis, & cre- dere, Deum revelasse, animam esse immortalem. At ratio humana, que nobis auxilio est, ut cre- damus animam esse immortalem, destruit meri- tum fidei; sed cum auxilio est, ut credamus hoc a Deo dictum esse, & illam præcepisse, ut hoc credamus: hoc non solum non destruit fidem, sed illi auxiliatur, illamque auget, & perficit, eo quod hæc rationes humanæ efficiunt; ut ho- mo firmius credat quod Deus revelavit; ideo- que actus fidei, qui totus verbo Dei innititur for- tior est, constantior, ideoque magis meritorius. Idem.

Magna illa Patrum Ecclesie copia qui erant antiquitatis sapientissimi, qui Christianam fidem amplexi sunt; Admirabili institutio, exten- sio, & duratio, necnon Ecclesie triumphus, pro- digia innumera, quod Cœlum ad illius incolu- tatem operatum est, simplicitas, & paupertas A- postolorum adeo valentium ad Reges converten- dos, atque persuadendos Philoſophos; vis in- victa tot Martyrum; hæc omnia mirabilia effecta que non nisi divina virtute fieri poterant, nonne satis manifesta sunt argumenta, non quidem fi- dei, que nullum querit, sed maximas adest cau- sas credendi, christianas veritates fidei nostre propositas, a Deo ipso proficisci, & ab illo revelatas esse, ideoque nobis necessitatem injicere illis of- ferendi rationem nostram in obsequium, easque sub- misse credendi? Testimonia sua, Domine, credibi- lia facta sunt nimis. Idem.

Religionis nostræ mysteria, ejusdem contempto- res inquirunt, cum ratione conciliari non possunt: ergo illa credere nequeo. At nonne hoc est idem, ac propriam spiritus imbecillitatem fateri? Quia si ratione probari non possunt; ita etiam ratione everti non possunt; & quidquid in oppositum as- ferri potest, nunquam falsi crimine infamulare potest veritatem, quam illa nobis proponunt: ita ut si in hac vita minime possumus frui lumine, & clara, & perspicua cognitione mysteriorum, ut quid illa in lemet sint intelligamus, saltem nulla naturalis ratio est, que sublimis hæc veritates mendacii valeant redarguere, vel contradictionis. Eas autem dicere super rationem ipsam elatas, atque inexpugnabiles, invictaque rationi; hoc est illas statere, quales sunt, easque incomprehensi- biles prædicare; ideoque credendæ sunt, & in hoc sita est vera fortitudo Spiritus Christianorum, sese fidei virtute supra rationem attollere usque ad primam virtutem, que nobis proponit veritates ad credendum, licet naturali lumine ne- queant comprehendendi. P. Antonius de S. Martino a Porta.

Fortes hi spiritus, qui nihil credere volunt, quod minime vident, nonne coguntur pro certis atque extra omnem dubitationis aleam positus re- mere naturales, de quarum veritate non aliam habent, nisi humanæ fidei ipsorum? Cur ipsi denegant eandem veritatem Deo in rebus super- naturalibus? Sed dicite, quæ increduli spiritus, quid fieret de commercio, ac civili societatis con- suetudine, nisi in eam per fidem januam ingredi- mur? Si fidem negatis probati Taciti, vel T. Livii, aliorumve Historicorum in iis, que de præ- teritis sæculis memoris mandantur, quid fiet de Historia? Bona fide, quæso, aliamne habetis cer- titudinem, illam, quem parentem vestrum esse putatis, re ipsa talem esse, nisi fidem profusus hu- manam? Quenam esse potest inter amicos neces- situdo, si desit fides? Denique omnino dissolven- dum, infringendumque est hoc statum vincu- lum, & homines in desertum rursum ejiciendi sunt,

Fides, ut si- meritoria præcedere debet ratio- nem, non sequi.

Post argumens- divisæ re- lationis nulla fu- perest ratio non credendi christi- ana verita- tibus.

Quia mys- teria ratio- ni superio- ra sunt, ideo illi fi- dem habere debe- mus.

Si ipsi vi- cillim a- liorum re- lationis fidem ha- beamus, eo magis fi- des habenda est re- lationis Dei ipsi.

ut cum feris habitent, quin ullam invicem i- neant societatem; vel necessario admittenda est fides civilis, que fit vinculum commune in ne- gotiis, & homines ultra, citraque in societa- tem conjungat. Sin autem fidem civilem, hu- manamque admittamus, quamnam ob causam rejiciemus fidem divinam, fidem supernaturalem; que homines primæ fidei virtute conjuncti, eodem mox cum primo ipsorum prin- cipio conciliant, qui Deus est, primus Au- ctor, & Motor omnium humanarum societatum? Idem.

Spiritus Religionis contemptor, qui credere non vult, nisi quod sibi placet, & qui in omni- bus mysteriis vitiligare non cessat, a S. Paulo di- citur, Spiritus languens circa quæstiones. Cur hoc præceptum fuit? Cur hoc interdicitur? Cur hoc jejuni mandatur? Cur hoc Quadragesimalis a carna- libus abstinentia imperata? Cur tot præcepta, que nostras imminuunt voluptates, vitæ nostræ cruce- pum figunt, nostramque mancipant libertatem? & sexcenta id genus quæstiones, que non aliud e- vincunt, nisi quod ostendunt animum Dei Verbo rebellem, & Ecclesie mandatis reluctantem? Idem.

Si de Spirituum vi ut de illa corporum ratio- cinationem est, quemadmodum ista consistit in gravibus sarcinis ferendis, quin cedat humeris, ita illa in hoc posita esse debet, ut omnibus res- sistat difficultatibus, que occurrunt in Religione Christiana. Tres autem, inter cæteras, difficul- tates menti occurrere possunt in veritatibus, & mysteriis ejusdem excutiendis. 1. Objectionum sublimitas. 2. Eorum obscuritas. 3. Adhæsiō illa, qua sensibus nostris inhaeremus. Obices hos super- rare non posse, & in solis Philoſophæ naturalis, soliusque rationis humanæ principiis subsistere, hoc est esse infirmum; de his omnibus obicibus, & difficultatibus triumphare, & licet sensus, & ratio diffuadeant, attollere mentem nostram ad ea credenda, que nobis proponit; hæc Christianam veritatem penetratio, vis est, & vera spiritus fortitudo. Quod enim spectat ad objectionum sublimitatem, nos Christi fideles, S. Paulus ait, volatum nostrum, nostramque elevationem desu- mimus ultra rationes humanæ Philoſophæ, quas in Fidei materia pro fabulis nugisque accipimus, & Domini spiritum confirmati, ac elati detecta facie, ablatoque omni integumento, necnon prope, quantum volumus, Domini gloriam contempla- mur. Quoad obscuritatem, verum est fidem esse in nube, sed non minorem habet certitudinem, quam visio Beatorum. Non illustrat illa quidem difficultates, quas proponit, esto: verum in hoc ipso hoc habet boni, ut per umbras penetret, nobisque majorem adstruat certitudinem ea, quam ipsa secum adfert evidentia. Quoad illam adhæ- sionem, qua a sensibus, & a ratione pende- mus; fides spiritui præbet vim illam superan- di, & persuadet illi, nec vivendum, neque sciendum esse, ut cœlestes veritates intelligamus. Idem.

Hæresis non diruit solum testæ, atque parietes magni ædificii Ecclesie, sed ipsa etiam subruit fundamenta. S. Antonius aliquando per revela- tionem cognovit illam, quam Arius meditaba- tur, & que brevi erat eruptura; qua re ultra quam fingi potest dolore affectus fuit. S. Athana- sius ita narrat hanc revelationem Sancto illi Ere- mitæ factam. Cum Sanctus Abbas una cum fra- tribus suis in orbem circum ipsum sedentibus ma- gnus labori vacaret, repente oculos in Cœlum sustulit, & grave ab imo pectore spirituum emis- sit; cumque Deus paulo post illi incepisset osten- dere ea, que erant eventura; tanto more cor- ruptus fuit, ut totis artibus contremuerit. Illico in genua procubuit, & coram Deo prostratus eum fluentibus lacrymis obtectus est, ut per in- finitam misericordiam suam tantum nefas iam- jam parandum averteret. Fratris autem illum interrogantibus quidnam videret, verba singulis interruptis respondit: Imminet Ecclesie ter- rerina vastitas, que umquam extiterit. Quid- quid sanctissimum est in Christianismo per bel- linoos, impioque homines esse evertendum. Vi- sionem probavit eventus; etiam post biennium Arianismus exaruit. Hoc referit S. Athanasius. Sed dicere possumus, nostris hisce diebus recen- tes Sectarios confasse Ecclesie non minus fune-

Geniua delictio religionem contem- tui. Timoth.

Fidei mys- teria licet velo tecta evidenti- ra sunt o- mnia Phi- loſophæ Ar- gumentis.

Satis de- plorari ne- queunt ma- ja, que in Ecclesia hæresis pariant.

flam perfectionem iis omnibus, que præteritis sæculis sæviere; & urinau Ilias, vel Antonius nobis suggerere possent lacrymas ad tantum hoc malum plorandum! Cardinalis Bellarminus de ge- mitu columbe.

Inter Religionis contemptores, qui se in illius doctrina jactant excellere, nonnulli ne profiten- tur quidem scientiam, & eruditionem. Putant se belle ratiocinari, cum argumenta sua cum suis conciliant cupiditatibus. Arrogans corporis habi- tus, fidens oris adspæctus, verba festiva suppleunt studiis, quibus caruere. Sunt, qui legere ge- stiant, præsertim vero eorum Auctorum opera, qui celebrantur, quasi systema aliquod novum invexerint majori industria, communes sententias majori cum verisimilitudine impugnaverint, im- pioque errores suos faceto, lyricoque sale ad- spersos in lucem emiserint. Latro nefarius qui per semotas vias in eorum manus incidit, præcipuum erit Musæ ipsorum ornamentum. Utri- que satagunt se adfectatis munire præjudiciis con- tra hanc infirmitatem, que adeo facile credit res adeo incredibiles. Quanam hæc religio est, inquit, que in hoc sita est, ut dicatur Credo? Carnales anima, S. Augustinus ait, non a- lios habent fidei suæ canones, quam sensus suos. In homine carnali tota regula intelligendi est con- suetudo cernendi. Quod solet videre, credunt, quod non solet, non credunt. P. la Pesse. To- mo 2.

Si aduersus in horum spirituum ad impruden- tissimam infidelitatem profitorum cætu, illos audies sermonis sui initium facientes a ridiculo quodam adagio, quod in imaginatione tua ludicrum imprimet veritatis phantasma, eamque ad mentem tuam aperiet veneno, quod mox effusuri sunt. Si se illius occaso obtulerit efficiendi, ut alique in institutionibus alioquin sanctissimis, atque christianis animadversas abusus, incertitu- dinem in modo, quo divinæ virtutis effectus explicantur, oppositionem in variis Catholicorum Doctorum interpretationibus; diversitatem in arti- culis disciplinæ jampridem in diversis Ecclesie constitutis; obscuritatem in iis punctis etiam que in Christiana Religione maxime essentialia sunt; ecce liberum campum, per quem cæcum cupidi- tatem suam late spatium permittant. Contemp- tibilis noctua! num vestrum est de Solis pulchri- tudine ferre iudicium? Lectores nequam libri ne- quiores, vestrum est de terribilibus fidei mys- teriis ferre sententiam? Audite. Religionis verita- tes ideo mysteria sunt, quia ratio nostra illas comprehendere nequit. Qui illas non credit, non potest illas detegere. Ex quo supernaturalia lu- mina in iudiciis nostris deserimus, iudicamus dumtaxat secundum sensum testimonium, se- cundum imaginationis libidinem, secundum nos- tram cupiditatem. Sensus, imaginatio, cupiditas assequi ne ea possunt, que suapte natura illorum captum excedunt? Veritas, que testem habet totam urbem, integramque Provinciam, sexcentis ex locis inspicitur; omnes multifariam illam in- terpretantur pro varietate ingeniorum; quomodo vero enucleanda sunt veritates, que nullam habent cum oculis, auribusque nostris rationes? Fi- des sola, S. Augustinus ait, submissione sua ho- norare potest mysteria, que humana ratio cogita- tionibus suis assequi minime potest. Que captum humane mentis excedunt, ex fide honoranda sunt. Submissio a fidelis characterem separari non potest. Non potuisset Deus decenter sua exponere secreta infirmitati, & errori spirituum nostrorum. Illi humilianda, & confundenda erat omnis nostra naturalis sapientia, ut ipsi submissionem nostram sentiremus, & per fidei jugum, legis iugo subji- ceremur. Idem. Tomo 2.

Religionis contemptores, qui hodierna die im- piis doctrinis suis Christianismum deformant, in- vedivis suis longius processissent. Homines, quo- rum festiva est consuetudo, qui in mundi luce resurgunt, qui postquam legerunt aliquos suorum Poetarum versus, aliquot lineas Auctoris omni Religione carentis in Mulierum nobilium cætu videntur ad Divinitatis tenebras dissipandas. Licet fidei Mytheria minus essent nostris ratiocinationi- bus in via, vestrum sane non esset, de illis ju- dicare. Quo enim ore gloriaripotestis studuisse.

Homine car- nalis fidem negat iis, que sensu- bus subie- cta non

Ejusdem argumen- ti.

Lib. 1. con- tra Julia- num.

Mundano- rum non est dogma- ta tradere.

scrutatos esse, penetrasse principia, atque secreta Religionis? Deus ipse ad sui cognitionem vocavit, fortasse dicentis: Verum ulteriusne ingres- si estis in abyssum sapientiae, providentiae, potentiae, iustitiae, misericordiae, omniumque infinitarum perfectionum illius? Sed, quandoquidem unum creditis Deum, scitis ne, quid sibi velit illum in veritate adorare, illum fidenter vereri, illi sine praesumptione famulari, illum sine illusione diligere? Quandoquidem unam creditis Religionem, scitis ne quid sibi velit illam profiteri, dogmata illius revereri, praecipua in honore habere, & muneribus ejusdem perfungi? *P. la Pesse Tomo 2.*

Si rerum naturalium rationem reddere non possumus, quae to minus divinarum?

Merito his fidei contemptoribus, qui sibi vindicant iudicium de Religionis veritatibus ferre secundum libidinem suam, exprobramus sanctarum, supernaturaliumque rerum ignorantiam. Numquid respondere possent, si interrogarentur, quid sit ipsorum cogitatio, anima, corpus? Quid sit ab illis quareremus quid sit arboris folium, cocculus graminis, effectus aliquis vulgarissimus naturae in formatione plantarum, in splendore luminis, in aëris agitatione, in corporis motu, in elementorum mixtura? Hoc quarere nimis est, sed minutissima fidei veritas, si ita loqui fas est, magis quam hae omnia, humano spiritui est impenetrabilis. Dicant saltem ex quibus rebus constet arena granum. Miseri insipientes, Miseri decepti! quid notis? quid creditis? Nostisne, quae creditis? Creditisne, quae notis? Vosne has quidem quaestiones intelligitis. Nam cum quo locutus sum? cum homine, cujus positissimum negotium est inordinatis cupiditatibus suis fatiscere, cum mundana muliere, cujus omnes affectus ob ornatum aliquem irritantur, cujus omnes animi agilitates pro ethnica, & fortasse etiam infami voluptate inflammanur. Ecce illos Theologos, qui iure nos provocant ad indignationem; qui vel in ardore spectaculi, quod deperunt, vel egressi de intimo conclavi, quod impietatis, & impudicitiae secretum est contubernium, dicent vobis nil tale opinantibus, nimis credulum esse qui putet, Deum nobis horribiles poenas pro nostris impietatibus praeparare. Id genus sunt placita, quibus ingenii sui impressiones, scilicet scelus, Auctoris fide, lege, & Deo fortasse carentis, impudentia illos imbuerunt. *Idem ibidem.*

Spiritus humiles, docilemque spiritum ad intelligenda mysteria Christianae Religionis.

Quomodo credere possum, aliquis inquiet, mysteria Religionis adeo a sensibus remota, adeo humanae rationi suspecta, adeo supra mentium nostrarum captum posita? Quomodo fidem adhaerere tot rebus, quae secum pugnare videntur, quae subtilissimis etiam mentibus sunt incomprehensibiles? Quomodo? Faciendo infinitam longinquitatem quae inter Mytheria, & argumentationes nostras intercedit; humiliando humanae Sapientiae superbiam sob jugo Christianae docilitatis, imitando sanctos, atque sapientes homines, tot etiam Heroes, si sibi gloriae veterant repuerascere; ut digni fierent discipuli. Sed iterum quomodo credere possum res adeo impenetrabiles? abiciendo omnia saeculi praesudicia; Deum flagitando, ne nos tradat nostro sensui. Heu! si quis ex vobis est, qui sibi honori verat de communibus ambigere veritatibus, illos obsecro, obtestorque, ut suam fateantur infirmitatem. Tunc gratia subsidio fient Sapientes, ex quo semet submittere voluerint; quoniam circumdanturque luminibus septi sunt; sed donec in suis conceptibus confident; languent in tenebris; gratia enim agere nequit nisi in animos dociles, & ad illam recipiendam paratos, non autem in spiritus superbos, qui illam rejicere consueverunt. *Pater la Pesse Tomo secundo.*

Quid respondebunt extremo iudicii die omnes isti peccatores infignes, Superbi isti Mundi cultores, & impotentes religionis contemptores, qui sua scelera ostentabant. Quid illis profuit effrenis licentia, quam sibi vindicabat disputandi, irridendi, omnia mysteria nostra contemnendi? Triumphans eorum protervia, superbus sanctissimarum legum contemptus, haec criminum suorum ostentatio cum illis in inferno conspuita est. Quam audacia in jocum tradebant gravissimas Omnipotentis Dei minas? Qua impietate maxime terribiles Religionis veritates irridebant? Hi humanae impietatis ardores prope mortem deserbuerunt. Violenti accessus nefariae licentiae in tumulto extincti sunt. Ingenes inferni rationem revocant, reduxerunt bonum sensum, fecerunt, ut ita dicam, ut revivisceret fides antea quodammodo sceleribus insensata; atque hinc exclamarunt: *Quid nobis proficit superbia?* Quem percepimus fructum ex superba impietate, propter quam contemnebam exempla, & salutaria monita, quae nobis praebantur? Quam hodie sumimus utilitatem ex fustibus voluptatibus, ex insensis oblectationibus? Voluptas abiit, Pudor, & sterilis poenitentia non praeteribit. *P. Croiset in Aestheticis exercitationibus, Tomo quinto.*

In fideles Christiani nihil naufragum reliquant, ut eadem & in aliis obsecrent.

Fides irreprensibilis testis est, qui indefinenter contra Christianum nequam testificatur. Religionem suis moribus accommodant, cum Religionis mores suos accommodare detrectant. Nimis magno faret pretio scelerum mortuus ferre coram, ut ita dicam, terribilibus Evangelii veritatibus. Rebellis conscientia querit quomodo sum sublevet poenam, suffocans, vel extinguens luminaria, quibus illustratur. Christiani infidelium more loquuntur in quibusdam articulis fidei: sepe subdolis involvunt dubiis, ea etiam in ludibrium vertunt; qua in re non alia ipsi mens est, quam amittendi peccati erubescerentiam, amissio male credendi pudore. Oblata solemnitate alicujus occasione, disputationis, miraculi, pie alicujus actionis eos auditis, clamantes hodierna die maximum agitur negotium remotissimas opiniones conciliandi: Mundus alter regio est nobis ignota: ubique comadit opus est, ad otiosos homines fallendos: non modicum deducendum esset, si ad probationes esset deveniendum. Haec illi libero, festivo, fidentique oris habitu iactant, ut obstupesciant parum cordatos impis fermonibus suis, semetipsos oblitescerent in sceleribus suis. *P. la Pesse Tomo 2.*

Quam tranquillitatem infideles Christiani gustare possunt in vita? Et quoniam eorum terror erit in morte? Fortasse tantum illis rationis sufficiens, quantum satis est, ut suam vitam condemnent, ut videant, se fidem impugnasse dumtaxat, ut vitis suis gratificarentur. In hoc terribili rerum statu, nonne indefinenter tumultu debent agitari? *Quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Quam horribile spectaculum est intueri id genus fideles animam effantes! Ex hac abeunt vita, quin rationabilem sibi proposuerint imaginem vitae, quae illos manet. Subeunt terribile illud iudicium, quod familiare illis fuit irrisum argumentum. Expectare nequeunt, nisi eadem supplicia, quae contempserunt, & quorum fidem jugulare conati sunt. *Ve quibus haec prius experienda sunt, quam credenda! Ve qui haec lugenda imperperum, vivenda nunc deputant. Oculi eorum, qui humanis rebus clauduntur, aperiantur fidei, ut illos in desperationem concipiant aperientes illis terrores hujus aeternitatis, quam in jocum verterunt. Qui finis! O mors horribilis! Idem ibidem.**

Epist. 11 Terri.

Euseb. 5. miss. Haec.

# A V A R I T I A.

Divitiarum amor, Usura &c.

## M O N I T U M.

**L**icet plurimum intersit necessitudinis inter Avaritiam, & divitiarum abusum, qui, ut plurimum, usurent, itant duo haec argumenta simul conjungenda videantur, satis tamen inter utrumque discriminis inventio, ut eadem seorsim pertractentur: Dives enim esse potest, quin sit avarus; & avarus, quin dives; solo videlicet inordinato opum acquirendarum desiderio, vel nimia dilectione, qua exiguum illud boni, quod possides, prosequi potes. In hoc praesertim sensu Avaritiam accipimus, pro inordinato nempe divitiarum amore, & earundem imminuendarum metu, atque pro aviditate illa, qua iniustus opum acquirendarum, vel augendarum rationibus adhaeremus; & quomodo inter has insensibilissimum, teterrimumque scelus est usura; & amor ille, quo tandem prosequimur, criminiosissima est avaritia species, eandem sub hoc genere comprehendi posse arbitratum sum, quod tamen minus obstat, quominus de eadem seorsim concio possit institui, ad quam replendam, exornandamque uberem hoc in loco rerum copiam invenies.

De divitiis, & bono, vel malo earundem usu (quamvis de illis Sermonem institere vix possit Concionator, ac ne vix quidem, quin contra immodicum earum amorem, & nimiam earundem augendam curam, atque sollicitudinem invecetur) alio in titulo verba faciam. In hoc posita erit ars Concionatoris, si avaritiam praecipuum statuerit sui Sermonis argumentum, ut opes tanquam avaritiae obiectum, atque materiam consideret: & contra vero si in concione directe circa divitias versatur, de avaritia Sermonem non habeat, nisi quatenus visum est quod illas plerumque subsequitur, vel quatenus ratio est earundem augendarum, ut habeat, unde alat luxum, atque nequissimos usus easdem possidentibus satis communes.

Hoc nos ipsi observabimus pro utroque argumento seorsim materiam afferentes, quod non obstat quo minus, qui eorum alterutrum pertractaturus est, utrumque consulere possit; fieri namque potest, ut in concionis textura, vel partitione duo haec argumenta vel confundantur, vel ita permiscantur, ut quod alterius proprium est, ad alterum probandum interserviat. Sed quodcumque sibi proposuerit Orator, non derit, unde nota illius explantur.

## P A R A G R A P H U S P R I M U S.

Varia Concionum de Avaritia Systemata.

**A**varitia, vel amor divitiarum licet iure quaeritur gravis semper est iniustitia. 1. Erga Deum. 2. Erga proximum. 3. Erga seipsum, quae concionis partitio esse potest.

**P**unctum primum. Avarus iniustus est erga Deum, a quo ea, quae cumque possidet, bona recipit: 1. quia qui bono affectu occupatus, atque agiturus est, ne minimam quidem eorumdem bonorum partem in beneficiorum sui cultum impendit, neque ullam suae gratitudinis notam eidem praebet: 2. quia pecuniam consecram sibi in idolum convertit, eamque tanquam Deum suum respicit, in eadem omnem spem constituit, eadem ea omnia, quae debentur Deo exhibens officia, illam sibi suum finem constituit, & illi curas omnes devovens: 3. quod acquirendi, tuendi, augendique bona sua curam ipsi etiam religionis officii, & divino cultui antepont.

**P**unctum alterum. Avarus iniustus est erga proximum: seu primo illum violentis rationibus bonis exuens, vel colore iustitiae fenoribus, litibusque ad paupertatem redigens; seu 2. illum in egestatibus, opibus suis recreare detrectans propter animi duritiam, quae alienis non afficit calamitatis, & qui avaritiae effectus est maxime familiaris.

**P**unctum tertium. Avarus erga seipsum iniustus est: 1. sibi negans, vel sepe rescindens fordida parcitate ea, quae sunt maxime necessaria; 2. sepe plurimis obiectis laboribus, atque periculis, ac nullam requiem inveniens, ut suae faciat satis cupiditati; 3. praesertim anima suae salutem contemnens, quae longe iniustitias omnes antecedit.

Aliiter quoque hoc argumentum esse potest: 1. Avarum ingratum esse coram Deo, cujus beneficium non novit. 2. Iniustum erga proximum, quoniam, ut ipse distequeat, illicitis rationibus bonis exuit, vel cui ferre opem recusat. 3. Crudelem erga seipsum, cui vitae hujus magis honesta comendatio denegat, quem curis, ac inanibus sollicitudinibus torquet, & quem aeternae tandem adjicit infelicitati.

**A**varus avaritiae suae tanquam numini omnia sacrificat. 1. Illi suam requiem sacrificat tot exercitibus curis, sollicitudinibus, atque laboribus ad o-

pes cogendas, servandas, augendasque, quae eidem sexcentas pariunt difficultates ac omnes vitae hujus labores.

2. Illi suum honorem, atque existimationem sacrificat. Haec enim turpis avaritiae nota depravat, atque corrumpit quaecumque bona in aliquo inventiri possunt, eumque omnibus insensum, invisum, & contemptibilem efficit.

3. Illi suam conscientiam, animam, aeternamque salutem sacrificat, eorum scelerum multitudinem, in qua ab avaritia pertrahitur.

Mala, quae parit avaritia in iis, qui eidem sunt obnoxii. 1. Caecitas, quam eorum menti offundit; nihil enim apud ipsos ultra discriminis efficit inter fas, & nefas, cum res agitur sua, cum vel iactura aliqua subeunda est, vel insigne aliquod lucrum comparandum.

2. Corruptio, qua replet cor illorum. Nihil amant, quaerunt, in pretio habent, nisi pecuniam, ad quam acquirendam praesto sunt, ut scelus omne aggrediantur.

3. Insensibilitas erga ea omnia, quae ad Deum, & salutem pertinent propter amorem, quo peritura hujus mundi bona deperunt.

Dux considerationes palam ostendunt nihil in terris detestabilius esse Avaro, nihilque nequius amore divitiarum, ut loquitur Scriptura.

Primo, Avaritia avarum efficit mortalium omnium infelicitissimum in hac vita propter perennes illas sollicitudines, quibus vitatur, atque vexatur.

2. Eundem longe efficit infelicis in morte, & post mortem propter ultionem Dei, quam evitare non poterit. *Dei sumptum ex Dictionario moralis.*

Tria debent efficere avaritiam mortalibus omnibus infestam, atque illis gravissimum horrorem immittere, ea videlicet, quae ipsa efficit, ut amittant, faciant, patiantur.

1. Efficit, ut animi requiem, cordis pacem, Dei hominumque amicitiam amittant.

2. Eos ad sexcentas iniquitates patrandas impellit. In causa est, ut famulorum deterat stipendia; artificibus mercedem, vel differat, vel auferat, & iis sumptibus parcat, qui ad filios erudiendos, insititudoque maxime sunt necessarii &c.

3. Efficit, ut sexcentas injurias patiantur, plurimis